plus q̄ aliam: nõ ĩcipiendo aliquod opus: uel nõ lauãdo caput: uel si obseruauit dies egyptiacos: uel diem ĩ quo occurrit festũ decolationis beati Iohannis Baptiste: uel dië ueneris ĩ nõ ĩcidendo pannos: quod ueniale uidetur precipue quãdo ex simplicitate hoc credit qa nõ audiuit cõtrarium. Sed si aĩo obstinato hoc defendeř uellet: mortale esset. Si ĩ kalendis mensium noluit aliqd dař aut concedere extra domũ putans q̄ ex hoc fieret diminutio rerum. Si ĩ kalendis ianuarii comedit ĩ lecto ficus cũ melle uel fecit sibi portare piscẽ uiuũ. Si eo die dedit pueris peccuniam: uel si ipse ab aliquo recepit: quod dicitur uulgariter lamantia uel offerta uel la strina. Si eo die misit uel portauit in domũ tẽporalia aliqua: qa esset prima dies anni: et hoc ut sic toto anno ĩtrent multa bona: et sic noluit intrare sine aliqua re tẽporali. Si eo die fuerit suspectus de primo quem uiderit. Si in kalendis martii signauit hostia domus uel aliam rem posuit in fenestra uel ante domũ. Si signauit et posuit ouũ natum in die natalis dñi: uel ĩ die ueneris sancto: uel ĩ die ascẽsionis credens q̄ comedens illud nõ possit occidi uel simile. Si in die sãcti Iohãnis Baptiste collegit herbas: quasi illo die essent maioris uirtutis collecte: q̄ altero: ut cum illis faceret fumigationem contra infirmitatem. Si ĩ profesto dicti festi transiuit super ignem factum de herbis cum incenso: qui dicitur ignis sancti Iohannis. Si in nocte talis festi fecit uinũ quod dicitur sancti Iohãnis ad pronosticandum de furtis: uel

aliis secretis. Si mulier dedit suo uiro uel etiam alteri: aut uir mulieri aliquid ad comedendū: ut eam amaret: uel eum quod est mortale. Si fecit uel fieri fecit aliquā incantationem ob sanitatem cōsequendam. Et quādo hoc fit scienter: qa scitur esse prohibitum: tunc ē coīter mortale. Cum uero fit ex sīplicitate putando esse boās orationes: uidetur ueniale: sed si nolent in futurū absti-
neṙ ab huiusmōi: neganda est eis absolutio: quia ex ob-
stinatiōe et malicia fit mortale. Et īterrogandū est de uerbis quibus utuntur et de cerimoniis et obseruantiis quas addūt. Si exercuit arté geomātie quod est mor-
tale. Si cōtra uermes uel febres scripsit ī fructu amig-
doli uel in hostia uel alibi. Si incantauit uel incantari fecit contra dolorem dentium capitis. iliorꝫ aut super-
ciliorꝫ: uel oculorꝫ cū faba et pater noster et huiusmōi. Si portauit pueros infirmos ad sambucū uel ad rubum uel aliū similé locū causa sanitatis recuperande. Si fe-
cit uel fieri fecit: aut usus est litteris: uel breuibus: que sūt comuīter supstitiose ex uerbis: uel caractaribus: uel carta in qua fuerīt: uel ex modo īponendi aut portādi uel tépore aut loco scribendi. Et inuenta superstitiōe eorꝫ īponendum est: ut cōburantur: et si nollet nō esset absoluédus: qa sic fieret mortale. Si sup se portauit car-
tā scriptā: que dicitur sancti Cipriāi: uel cartā nō natā uel uirgineā: uel aliquid aliud simile ob spem sanitatis uel alterius cuiuscunq; rei supersticiose: quod non esse naturaliter ex arte medicine uel alterius approbatum.

Et generaliter si quancūq; aliā īncantatōem. coniurationé uel maleficiū: aut quodcūq; supsticiosū exercuit: aut eis fidem adhibuit: que omīa sunt uana et fatua ac prohibita. In qbus omībus nō seruatur primū preceptū:

De secūdo precepto .s. non assumes nomen dei tui in uanum. Et primo de blasphemia . .c. xiiii .

SI blasphemauit in deum uel aliquem sanctoꝝ dicēdo sibi maledictioné uel alia opprobriosa uerba: quod semper est mortale. Si blasphemauit ī deū dicendo eū nō esse iustum: et nō omīa iuste disponere: sed acceptare psonas: uel nō curare de actibus hoīnum: aut eos nō uidere: uel esse partialem: uel sine demerito punire et flagellare aliquem: uel posset melius istud uel illud fecisse: uel similia arguere deum de aliquo: quod totum é mortale: maxīe cum aduectit et ītelligit quod loqtur. Si murmurauit cōtra deum: ut puta de frigore. calorē. pluuia. uento. aut niue. Si murmurauit cōtra deū de infirmitate paupertate: aut filioꝝ morte: aut quia nō generat filios. Si murmurauit contra deum de prosperitate malorum: aut de aduersitate bonoꝝ.

De periurio

SI iurauit ī aliqua curia alicuius iudicis mēdaciose: quod mortale est quomōcunq; etiā proueniat: Et similiter peccat: q aliqué īducit ad hoc aduertēter ut aduocatus. procurator et similes. Si iurauit extra iudiciū ī cōmuni sermōe quacunq; ex causa uel utilitate

uel leuitate uel iocositate uel qualicunq; modo non solum per sancta dei euangelia:uel per corpus christi: sed etiã per fidem:per deum:aut dicendo sic me deus adiuuet:uel etiã per uirginẽ mariã.per crucẽ ꝑ animã meam:aut huiusmõi:quod semper est mortale:quando aduertit se iurar̃ et falsum dicer̃.et hoc totiẽs quotiẽs. Si iurauit aliquod certum affirmando:de quo tamen dubitat an sit uerũ:mortaliter peccauit:et precipue si hoc fecit in iudicio. Si iurauit facere aliquod malum. puta aliquã uĩdictã:aut talioẽm redder̃.nõ dimittere concubinã.seruare ĩiusta statuta.tenere secretã coniurationem iniustam:quod semper mortale est. Si manifestauit aut prodidit aliquod secretũ ĩ consilio aliquo tractatum:quod iurauit nõ maĩfestare:q̃uis etiã nulli noceat:tamẽ mortale est:et ipse aut etiã ille:qui aliquẽ ad simile manifestandũ compellit mortaliter peccat. Si iurauit obseruare statuta alicuius ciuitatis aut uniuersitatis:que tamẽ iusta & ratioãbilia sunt:et aliqua ex eis scienter transgreditur:quod etiam mortale est. Si tamen aliquod statutũ iã ess& abrogatũ ꝑ cõtrariã cõsuetudinem:qa uidelicet quottidie seruaretur cõtrarium:si ex hoc huiusmodi statutũ transgrederetur non uideretur periurus esse:quia huiusmodi statutum non uideretur amplius hẽre uim statuti .di .iiii. §.leges . Si iurauit ꝑ aliquod mẽbrũ dei uel sãctoꝝ mõ ribaldoꝝ: mortale ẽ:etiã si res uera esset:quã affirmar̃ ĩtender&. Et hoc propter blasphemiam:que ex hoc consideratur

ut.xxii.q.i.Si qs p capillos.Si uero res iurata aut falsa aut illicita est:dupliciter mortaliter peccauit.s.p blasphemiā et per piuriū. Si iurauit facer̄ aliquod licitum in honore dei aut sāctoꝝ eius:et illud facere neglexit: quod mortale ē.Si etiā iurauit aliquod facturū:sed tn̄ nō intēdebat illud adīpler̄ :similiter mortale ē:si uero etiā intēdebat seruare:sed ueīente termīo quo implere promiserat seu iurauerat nō seruat promissū:cū tamen poss&:licet cū incōmoditate sua:adhuc mortaliter peccauit:nisi tamen prius episcopus uel papa relaxaret et commutaret sibi huiusmodi promissū. Si tn̄ promissio facta est homini:potest ille sibi huiusmōi relaxare.Sed si non potest adimplere:excusatur a peccato:si tamē q̄ cito poterit adīpleuerit.Si quis promittit cū iuramento se aliquid facturum:quod nō est alicuius īportātie bōi uel mali.ut uidelicet:si mater promittit cū iuramento percutere filiū uel simile:uel homo promittit mediāte iuramento nō bibere uel comedere illud uel hoc uel huiusmodi:quod uidetur ueniale:nisi fieret ī contemptū quia iuratio et periuratio est in hoc. Si iurare cōsueuit etiam pro quibuscunq; minimis dicendo tn̄ ueritatē: quod ueniale est nisi fieret ī cōtemptū . Et inducendi sunt tales:ut abstineāt propter periculū periurii. Si induxit aliquem ad iurandum : quem omnino credebat falsū iuratuꝝ:quod mortale est:nisi talis īducens foret iudex hoc faciens ex officio secundum ordinem iuris Si uir iuramentum sue uxoris irritauit:quod nō debet

nisi sit tale q̄ uxor non possit adīplere sn̄ scādalo uiri.

De adiuratione

Adiuratio est inductio alicuius ad faciendū aliqd ob inuocationē alicuius rei sacre. Et fit per modū coactionis: intendendo aliquē obligari per modum iuramenti ad aliquid faciendum: que si fit ad superiores & alios in quibus adiurans non habet potestatem: pctm̄ mortale est: si uero fit ad īferiores et sibi subditos: qbus adiurans precipere habet eo casu licita est. alias nō. Et tunc adiuratus tenetur facere uel dicere illud propter quod adiuratus ē. alias mortaliter peccar& queādmōm transgressor precepti. ¶ Si adiurauit prelatos uel superiores: uel socios: aut inferiores per modum deprecatiōis non coactionis intendēs inducere ad aliquid faciendū: non est malum uel ueniale. Si leuiter & sine causa adiurauerit: & adiuratus nō fecerit: non peccat. Hec Tho. ¶ Si adiurauit demones per modum precis ad aliqd sciendum ab eis: uel ad aliquid auxilii obtinendum ab eis mortale est: nisi quis facer& hoc ex familiari consilio spiritus sancti. Vel ex q̄dam sīplicitate querens ab obsessis a diabolo. licet tamen illum adiurare per modum coactiōis ne noceat. ¶ Si adiurauit creaturas irratioāles ne diabolus eis utatur ī nr̄i nocumentū: tūc licitū est: si aūt ut diabolus ī eis opetur: tūc mortale est: ut per īcātationes serpentū. Si in cantilenis uel fabulis mūdanis & in narratiōībus turpibus uel amatoriis miscuit deū aut sanctos: quod mortale est: si fecerit in contemptum

alias uero ueniale est. De uotis

SI transgressus est: seu omisit adimplere uotum illicitum deliberate factum: & si aduertit sciēter: semper est mortale & totiens quotiens frangit. Secus si ex obliuione uel quia nō poterat ex aliquo accidēti sup-ueniente. Si uouit aliquod malum se facturū: ut puta uindictam de aliquo uel alicuius profectus īpedimētū; ut puta. non ingredi religionem: uel simile: mortaliter peccauit: & potest illud uotū frangere absq; aliq̄ dispen-satione. Si nimis tardauit implere uotum licitum: sic quod ex huiusmodi mora a memoria excidit ōnino: uel q̄ ipse uouēs iā uēit ad statū nō ualendi amplius īplerē quod prius potuiss&: quod uidetur mortale. Idē quando dimisit propositū īplendi: cum tñ potuisset: alias mora implēdi uotū quādo sibi nō prefixit tēpus: nō uidetur mortale: nisi forte esset ualde nimia: & nisi cum ex hoc īmineret ei periculū nō ualēdi īplere: ut de uoto ingre-diendi religionē: cum tamen non hēret cām cogentem dilationē. Si fecit uotū de re licita: ut de elemosina de ieiuniis & huiusmōi: sed ob malū finem: puta: ut posset facere uindictā, adulterium uel simile: mortale est: nec tenetur adimplerē. Si fecit uotū abstinētie et huiusmōi & dubitabat utrū posset īplere uel nō. et sine cōmuta-tione uel dispensatiōe supioris: cū possit de facili hēre recursum ad eū uel confessorem pro cōsilio desuper su-mendo: frāgit uotū: quod uidetur mortale. Nota tamē q̄ uiri possunt irritare uota abstinentie: peregrinatiōis

et elemosine uxorũ:si nõ hẽat nisi dotem absq; aliqua alia dispẽsatione. Et si fiat talis irritatõ uoti etiã absq; cã rõnabili a uiro: nõ tenetur uxor implere talia uota.

De irritatõne uotoꝝ ĩpuberꝝ & filioꝝ familias & religiosorũ uide in sũma in secũda parte. ti. ulti.

SI uotum fecit stultũ et irrationabile ut ieiunare ĩ dnica nõ lauarẽ uel pectinare caput ĩ sabato et huiusmõi: si hoc fregerit nõ peccat: ĩmo prohibendum est illis huiusmodi uota implere: quia sicut Tho. et alii dicunt sunt potius deridenda q̃ obseruanda: etiã si pro honore sãctoꝝ fierent. Si filius morienti patri promisit aliquod uotũ ĩplere tenetur. ut extra de uo. licet. Si fuit sibi aliquod uotũ ĩiunctũ a pr̃e. puta satisfactio pecuĩe uel simile: tenetur ĩplerẽ extra de usu. tua. & sol. c. i. Si fuit heres alicuius uouẽtis subuenirẽ terre sãcte: tenetur uotum illius implerẽ. Et secundũ Inno. compelli potest. Si filius ꝑuentus ad annos pubertatis uouit aliquod uotum: quod ꝑtinet ad suã ꝑsonam: et hoc si fuerit licitũ: tenetur secundũ Thomã ĩ secunda secũde. q. lxxxviii. Seruus autem nõ potest uouere uotum peregrinationis aut religioĩs absq; dñi consẽsu: qa in potestate sua est. ut dicit Tho. eodẽ loco quo supra. Si religiosus uouit aliquod uotum absq; prelati sui licentia: illud nõ debet exequi absq; eiusdẽ licentia. secus tñ est de uoto orõis uel simili: quod potest exeq absq; sua licentia. Si sacerdos uouit uotum peregrinatioĩs sine licẽtia sui prelati:

non debet adimplere absq; licentia eiusdem. Si habens uotum castitatis uel religiõis contraxit: qa q̄uis matrimoniũ teneat: tñ cõtrahẽdo mortaliter peccat: & cõsumare non põt matrimoĩum sine mortali peccato: quia adhuc añ consumationẽ matrimonii idest añ copulam carnalẽ: qua mediãte matrimoĩum cõsumatur: potest adhuc & debet implere uotum suum prius factum. post consumationem uero tenetur reddere debitum etiam interpretatiue petẽti: sed exigere nõ potest absq; mortali peccato. Vnde consulendum tali esset ꝙ peteret dispensationẽ a papa super uoto suo. Secundum tñ Guil. posset etiam episcopus dispensare ĩ hoc casu. Si mulier sine consensu uiri sui uel econtra uouit: & si ipse uir uel mulier cõsentit: implere tenetur. Si alter cõiugum sine consensu alterius uouit uotum de non reddendo debitũ implere nõ tenetur. Nota tamen ꝙ alter coniugum põt sine consensu alterius uouere de non petendo debitum secundũ quosdam: Si unanimiter concordes: ambo uouerint castitatem: qa tunc nõ põt alter reuocare uotũ siñ peccato mortali. Et si uir reuocat uxor debet ĩstãter perseuerare. et econtra. Si uir uouit absq; uxoris licẽtia uotum peregrinationis nõ tenetur adimplere quia nõ potest. Si uir uouit uotum ierosolomitanũ tenetur implere illud etiam inuita uxore: que tam̃ ut consentiat admonẽda est: et si non uult remanere potest uirũ seq. Si uir uouit uotum abstinẽtie cõtradicente uxore põt illud implere etiã ea ĩuita. secus si per dictã abstinẽtiã

impediretur redditio debiti. Si uir ante carnalẽ copulã ad heremũ trãsiuit: redire tenetur ad uxorẽ: nisi ĩtrasset aliquã religionẽ approbatã. Et nota ꝙ de transgressiõe uotoꝝ potest de iure communi et consuetudine simplex confessor absoluere: quia non est de reseruatis casibus. sed de dispensatione et commutatione uotoꝝ non põt se intromittere sine speciali commisione diocesani uel alterius qui posit dare. Episcopi aũt in omnibus possũt dare commissionem et commutare uel dispẽsare: nisi in uoto castitatis: et religionis et tribus uotis peregrinationis scilicet ierosolomitani. ad sanctum Iacobũ: et ad limina apostoloꝝ Petri et Pauli: in quibus papa solus: uel sũmus penitẽtiarius dispẽsat uel commutat.

De tertio precepto. s. memẽto ut diẽ sabbati sãctifices. .C .XV.

Qst primo interrogandum si recogitauit tria bñficia. s. creationis hominis et tocius mundi propter hoĩem. Redemptionis humane: et glorificatiõis ut per talẽ memoriã caueat a uetitis et sanctificet diẽ in exerciciis spiritualibus. Si diebus festiuis se cõposuit et ornauit preciosis uestibus et aliis ornamẽtis ad põpã et uanãgloriã: siue ad placendũ alioꝝ aspectibus: ut desideretur. Si diebus festiuis accessit uel ad ecclesiã uel ad alia spectacula cõpta et ornata ad capiẽdas animas ut ĩuicẽ se occulis cõcupiscant: sicut frequẽter mulieres faciunt: ꝙ est mortale si uero in ecclesiis uel aliis locis sacris huiusmodi fiant: duplex causatur sacrilegium. s.

loci et tēporis sancti ultra principale peccatum. Si his diebus corizauit. uane cātauit. manus uel alia membra cum alio libidinose tangendo. et uana inhonesta et ad malū īcitantia uerba loquendo: ut uidelicet prouocetur cōcupiscentia ī corde: unde qñq; etiā opus seqtur quod totum est mortale. Si his diebus luxurie uacauit: quia si extra matrimoniū fuit duplex peccatum commisit. In talibus enī diebus etiā matrimonialiter cōiūcti ab illo opere se abstinere debent. Si stans in mortali die dnīco nō cōtritus fuit de illo: aliud īcurrit mortale. Si sonator musicoꝝ īstrumētoꝝ his diebus causa fuit uanitatis sonādo uidelicet corā uaīs ꝑsoīs: ut sic fierēt uaniores: qa mortaliter peccauit et grauius qa causa fuit peccati mortalis alioꝝ. Si mulier ornata ī fenestra se posuit: ut a trāseūtibus īspiceretur mortaliter peccauit: et grauius his diebus q̄ aliis. Si oculos suos uanis aspectibus impleuit: et si hac de causa hinc inde circuiuit qa mortale est. Si ebrietatibus. et comessationibus uacauit: uel in tabernis et ludis: blasphemiis se occupauit uel alioꝝ: ut talia et similia facerent causa fuit: quod mortale est. Si tardauit usq; ad sero āte festū: uel usq; ad mane festi ad se radere faciēdū: ut magis politus cōpareat aspectibus mulieꝝ. Si his diebus ociose uixit uagādo uidelicet per plateas et uicos: siue ludēdo: aut murmurationibus uacādo et occiosis uerbis et huiusmodi. Si his diebus laborauit aut exercuit aliquod opus manuale extra causas necessitatis: quia mortaliter peccauit: maxime si aliquo

notabili spacio huiusmodi laboribus institit. si uero mometanee: uel per aliqua temporis puncta id fieret: non in tantum peccaret. si aut fiat ex necessitate: qa scilicet aliter non posset habere uictu et necessaria pro sustentatione uite sue: et alior suor: uel si timetur hostes. uel ueniunt mundationes aquaru: aut alia similia pericula tunc licet remouere suppellectilia: et cetera bona ne pdantur sine peccato. Et nota q debent festa seruari et festinari a uespera usq; ad uespera. di. iii. pronutiadum Hic etiam requiritur magna discretio in consuledo: si in dictis diebus fecit aliquod mercatum: qa generaliter loquendo nullo modo licet his diebus mercatu facere: quis specialiter alique psone excusentur propter aliqua necessitate magna. Si uendidit uel emit his diebus aliqua preter ea tantum: que sunt comestibilia: que etiam si uenderentur uel emerentur ante diem festum illum propter corruptione qua icurrerent seruari no possent ut sunt carnes cocte. dapes et olera. lac et fructus aliqui et cetera huiusmodi: quia mortaliter peccauit. In estate tn quandoq; propter plura festa contigua carnes crude et similia ad esum necessaria uedi et emi possut absq; peccato. Si huiusmodi aliquod mandauit filiis suis. discipulis. seruis: uel laborantibus facere sine necessitate peccauit mortaliter ipse mandans similiter et exeques. si tamen mandans uel magister uel patronus no habet necessitate: sed ipse seruus discipulus uel laboras habet necessitate: qa aliter uiuere no posset: et sic no obedit

mādanti sibi:ne huiusmodi opus faciat his diebus: sed
laborat pro aliquo tp̄e ī exercicio artis illius: et aliud
exerciciū facere nescit:uidetur excusari. Nā si in obse-
quium pauperū personaꝝ ecclesiaꝝ paupculaꝝ aliquid
laborar̄ licet diebus festiuis secūdum ꝙ doctores dicūt:
quare nō magis talis ratione sue sustētationis in neces-
sitate aliquid laborare posset:tutius tam̄ esset aliā artē
eligere:qua se melius questuare posset. Si in his diebus
pro se uel pro alio placitauit:nisi forte in causa misera-
biliū personaꝝ. Si in dictis diebus iuramentū prestitit
uel exegit: nisi pro pace uel fide uel obediētia uel fama
quia alias nō liceret. Si talibus diebus aliquē ad mortē
uel ad penam iudicauit:ꝙ nō licet. Si macellarius ī die
festo carnes crudas uēdidit : quia nec uēdere nec emere
licet : nisi qn̄ in estate plura festa cōtinua occurrūt:tūc
enim licet:si alias conseruari nō possent:ut supra. licet
etiam macellarios uel alios carnes ī die festo coquer̄: et
preparare:ut illas tunc uēdat:si prius nō poterat prepa-
rare aut preparatas seruare . Si tabernarius his diebus
tabernā ante horā tertiaꝝ aperuit : uel si ibi tenuit his
diebus instrumēta ludendi:uel inde non repulit ebrios.
lusores. blasphemos et huiusmōi. Si mercator his diebus
suas merciūculas uēdidit prope ecclesiā:ubi festū occur-
rit:uel forte ꝙ peius ē ī ecclesia prophanādo locū sacrū
Si his diebus attulit uel afferri fecit aut mandauit
cum bestiis uel aliis psalmas bladoꝝ : uel aliaꝝ rerum
quia tam precipiens q̄ exequens est ī culpa mortali:nisi

in magna necessitate hoc fieret. Si his diebus cōpulsus ab officiali uel domino laborauit: quia tam precipiens q̄ exequens mortaliter peccat: nisi ex necessitate guerre et huiusmodi hoc fieret quia tūc ābo excusātur. si uero sine iusta necessitate ī precipiēte: et nō sine iusto metu in obediente: tunc obediens excusatur: sed nō precipiens Si uectigal portauit his diebus merces aut personas aut alimenta ad loca longinqua uel remota: quia quiescere debet ī festo: nisi ex magna necessitate cogatur. Si uiator uel cursor talibus diebus itinerauit: qa nō debet nisi propter magnā necessitatē. Si aromatarius seu apothecarius his diebus tenuit apothecam apertā uel uendidit aliquid de apotheca: nisi urgente necessitate īfirmorū: quibus aliter subueniri non potest; sed propter hoc nō debet apertas apothecas tenere. Si barbitonsor de nocte festi uel de die artem suam exercuit: et sic causam prestitit lasiuie alicuius: qui ut politior appareat radi uult in mane festi quandoq; ꝑ mortale uidetur. Si ferratores animalium talibus diebus laborauerunt: quia non licet nisi urgente magna necessitate eorum: quibus seruiunt. Si sartor uel sutor uestimentorum quia promisit quod implere non pōt sine festi uiolatione: ut promissa seruaret: laborauit in nocte uel die festi uel alios fecit laborare: quia peccauit promittendo tali intentione: et plus peccauit seruādo taliter promissa. Itē si in mane festi totaliter se occupauit ī īduēdo nouas uestes dimittēdo missam uel predicationē propter hoc. Si molendinarius

moluerit:qa nō debet.Si lanifex lauit lanā prope festū ex cupiditate prouidens:ut in die festo illā extēdat ad solem:quia non licet.si extendit pannos in die festo in tiratoriis:quia non licet. Si tinctores lane et pannorū diebus festiuis maxime in tinctura granati laborauerūt qa nō licet:nisi timerēt periculū magni damni in tali tinctura.Itē si tunc studuit ī quātū potuit audire missā et dei uerbū:ut debet.Item si tunc q̄tū potuit preuidit: ut festum celebraret et sanctificaret bonis operibus:ut debet.Si mercator uel alius artifex ī die uel nocte festi cum suis consociis aut laboratoribus aut agricolis fecit rationem: qa nō licet .Si illis diebus numerauit aīalia ab animalibus et scripsit in quīterno mercantie.Si notarius illis diebus fecit instrumēta aliquoꝝ contractuū quia non licet : nisi ex magna necessitate uel suadente pietate et pace et huiusmōi. Si scriptor ī festo scripsit pro precio:quia non licet:nisi scolaribus tēperate suos sermones aut lectiones annotare et similia parua:dummodo tamē sine precio fiat.non etiam licet his diebus nimis insistere proprie scripture.Si scolaris in festo neglecta missa et aliis diuinis actibus disputationes suas ordinauit:aut exercuit ī mane solemīs diei:qa nō licet Si cōsiliarius se aggregat cōsilio ī mane diei festi omissa missa:quia nō licet:nisi fieret ex magna necessitate aut pietate. Si in die festo cōduxit operarios faciendo pactum cum eis:quia nō licet.uel si distulit soluere salarium uel mercedem operariis:quia non debet seruare

ſolutionem uſq; ad diem feſtū: ſed ante uel poſt cū in/
diguerint preſtare. Cum leuitici. xviiii. ſcriptū eſt. Non
morabitut opus mercenarii tui apud te uſq; mane. Si in
die feſto ſuos debitores requiſiuit uel debita exegit: qa
non licet. Si ſcienter ſibi parauit occaſionē laborādi in
die feſto: quia non licet. Si in die feſto fecit ſerta coro/
nas aut ſimiles uanitates: qa nō licet. Si uacauit piſca/
tioni. uenaciōi aucupationi aut aliis ſimilibus: qa nō
licet. Si in eccleſia loquendo uel aliū ſtrepitū faciendo
interrupit ſiue impediuit diuinū officiū ſiue dei uerbū.
Si mulier in eccleſia uelatū caput non habuit: quia te/
netur. Si nō orauit mēte attenta: quia ad hoc conari
debet: ut in feſtis ad minus mens a terrenis ſepata ora/
tionis tēpore libere deū oret. Si diuīo officio dū potuit
nō interfuit et ſi diuinū officium deuote et attente nō
audiuit cum reuerentia et honore. Si ſtando ad officiū
magis delectatus eſt uoce cantantium uel organorum
ſono: q̄ uerbis et meditationibus ſacris. Si diebus feſti/
uis uerbum dei uel diuina officia cum tedio audiuit et
non libenter interfuit: quia modicū ſibi profuit. Tene/
tur enim quilibet chriſtianus miſſam integram audiī
attento: et deuoto corde et cum euangelium legitur: pe/
deſter ſtare et aduertere: et cum ieſu nomen nomīatur:
genu flectere ſeu inclinare. Si uidua tanq̄ deſperata ex
morte ſui uiri per annum uel mēſem ſine miſſa ī domo
recluſa permāſit: qa mortaliter peccauit. Si ī die feſto
retinuit ī domo filias nubiles aut filios uel ēt famulos

ſeu famulas propter quancūq; cauſā:ne miſſā audierīt qa a mortali culpa excuſari non ualēt.Si miſſā omiſit ex contemptu.uel cupidine lucrādi uel itinerādi.uel cā eundi ad ſolacia uel conuiuia: uel ex negligētia uel ex ignorātia craſſa:qa mortaliter peccauit totiēs quotiēs dimiſit ex ſimili cā . Si preſbiter ſciēter dimiſit miſſā propriā pro peculiari extra de.ce.miſ.c.ii.ſi uero ſīplex eſt perſōa & ex ſimplicitate hoc fecit:excuſari uidetur. Si in die feſto audiuit miſſā ī aliena parrochia ſine licentia ſui paſtoris .Dimittentes autē miſſam propter infirmitatem uel ex tali occupatione:quā euitare non poſſunt neq; dimittere:ut ſeruire īfirmo.excubare ī caſtris.et ſimilia:que ex iuſta cauſa procedūt excuſantur. Puelle etiā que a parētibus dimittūtur:uidentur excuſari:nō aūt eūtes ad choreas:uel uidue que manēt clauſe ī domo de qbus ſupra paragrapho ſeptīo ad hoc iā dicto.

De quarto precepto ſcilic& hēas in honore parētes . .c. .xvi.

ET primo ſi parētibus nō obediuit in licitis & honeſtis quantūcunq; etiam paruis:quod mortale eſt.Secus tamen ſi ex negligentia et in rebus non multi ponderis.Si nō reuerenter ſe hūit in alloquendo et aſſurgēdo:ſed contendit & locutus eſt dure cum eis: uel prouocauit eos ad irā:uel nō ſupportauit eos.Si nō impleuit legata facta ab eis:et precipue ad pias cauſas ſed multū diſtulit propter īcommoditatem cum tamen poſſ&:quod mortale ē.Si tpr̄e ſenectutis uel īfirmitatis

eorꝝ:aut aliis magnis necessitatibus nō prouidit eis:cū potuisset:quod mortale est. Si ī tractādis eorꝝ negociis nō fuit fidelis. Si dixit parentibus uerba contumeliosa uel opprobriosa:quod est mortale. Si blasphemauit eos uiuos aut defunctos:quod mortale est. Si uerberauit eos etiam leuiter:aut derisit:quod est similiter mortale et graue. Si propter auaritiam:aut libertatem uel īfirmitatē eorꝝ aut senectutem uel aliam quancunqꝫ causam desiderauit eorꝝ mortem. Si post mortem eorꝝ non fuit memor aīaꝝ eorū. Si pr̄i spirituali scilicet pastori uel superiori suo aut eū batizanti uel ad batizandū tenēti: uel eius cōfessionem audiēti:uel aliquod simile faciēti: non exhibuit debitū honorem:uel si ei non obediuit in rebus spiritualibus:uel si aliquem ex eis blasphemauit aut derisit aut de ipso murmurauit. Si patribus tēporalibus:ut sūt dn̄i et sup̄iores seculares et eorꝝ officialibus non obediuit in tēporalibus reipublice.

De gubernatōne parentum quo ad filios et familiam.

SI parētes nō prouiderint magnis necessitatibus uictus & uestitus filiorū et uxoris seu seruoꝝ cum possēt:sed ex auaritia et cupiditate omittūt:quod mortale est. Si propter auaritiam uel crudelitatē filios suos etiam illegitimos misit ad hospitale:uel seruos qui bn̄ sibi seruiunt:quod etiam mortale est. Si non adhibuit diligentiam ad hoc ut fierent boni et mandata dei et ecclesie obseruarent. uidelicet de cōfessione. cōmuīone

et auditiōe misse. de honestate uite et huiusmōi: ī qbus parentes maxime laborare et insistere debent: cum filii adhuc sunt in iuuenili etate et tenera: in qua flexibiles. docibiles et corrigibiles sunt: et hoc tā doctrina uerboꝝ q̄ exemplo operum et discipline correctione. Et si ī hoc notabilē commiserint negligētiam nō curando uel ne/gligēdo talia mortaliter peccant. alias uero uenialiter. Si uxori uerba cōtumeliosa dixit. s. uocādo scortum uel huiusmodi: uel uerberādo aspere sine causa rationabili: qꝫ mortale est. Potest tam̄ uir mulieri bene satis dure et aspere loqui: si uiderit expedire. Si uxor cōtēdit cū uiro illicite nolens obedire: et ex hoc prouocās eum ad blas/phemādū deū uel sāctos: uel ad aliud magnū īconueī/ens: mortale ē: qa occasiōem dedit ad huiusmōi. Si uir permittit uxorē plurimas uaītates facere: que prouocāt ad lasciuiam: ut ornatus fatuos aut tripudiatos cantus facere uel similia: quod mortale uidetur: si uero non fit multus excessus uidetur ueīale. Mater que mittit filias ad choreas & alias uanitates: et nō mittit uel ducit eas ad missam audiendam: uel confessionem faciendā: aut cōmunionē recipiēdā et huiusmōi: nō uidetur excusari posse a mortali. Si nimis dure uel nimis remisse se hūit in gubernatione familie: ī quo omēs quasi delinquunt: etiā perfecti coīter uenialiter. di. xxvi. Qualis.

De quīto precepto. s. nō occides. c. xvii.



I occidit extra ordinē iuris aliquem uolūtarie uel preter intentionem a casu. dādo operā rei

illicite:ut ī ludo noxio scilicet ad proiectioēm saxorū
uel simile:seu etiā rei licite sed nō adhibendo debitam
diligentiā:ut proiiciendo tegulas de tecto īcircūspecte:
quod mortale ē:et caūs reseruatus epīs. Itē si ex necessi-
tate euitabili uel etiā īeuitabili ad quā deueīt ex culpa:
ut quia adulter deprehensus a uiro adultere: ut eua-
deret mortem:occidit ipsum uirum adultere. Item sē-
per interrogandum est de causa hoīcidii. Si iudex oc-
cidit uel ad occidendum iudicat aliquem innocentem
secundū iura:uel nocētem sed preter ordinem iuris:uel
secundū processū ordinatum:sed non hn̄s legitimū do-
minium:uel hn̄s potātem sed non ex iustitia immo ex
uindicta uel auaricia uel crudelitate:quod mortale est:
et casus episcopalis excepto ultīo pūcto mortis. Si mu-
lier grauida procurauit sibi aborsum p medicinas uel
labores uel aliū modū:etiam si non sequatur effectus:
quod mortale est ī ea:et in quocunq; ad hoc consulēte
& cooperāte:nō tn̄ est caūs episcopalis:si uero sequatur
effectus & puerperiū erat formatū hoīcidium in ea est:
et etiā ī cooperāte & cōsulente ī hoc. Et est episcopalis
casus:et alicubi per cōstitutōes synodales ē excoīcatio.
Si mulier occidit filiū suū sponte ad occultādum crim̄
suū:grauissimū:& grauius:si puer adhuc nō sit batiza-
tus. Si pater filiū uel frater fratrē uel uir uxorē propter
adulterium:si uxor uirū propter odium uel amorē alte-
rius:uel si filius p̄rem aut m̄rem ex ira uel auaricia oc-
ciderit: quod grauissimū est:et dignum magna pena:

& casus episcopo tantum reseruatus. Et nota ꝙ com-
muniter episcopi solent mittere pro casu homicidii
illos: qui ire possunt ad penitentiarios curie ad terrorē
alioꝝ: tamen si uolunt possunt absoluere per se ipsos
uel per suos penitētiarios. Si mater uel nutrix suffocat
filiū: quē tenet iuxta se in lecto inaduertēter opprimēs
eum: quod mortale est propter negligentiā: & casus epō
reseruatus. Si grauida mulier preter ītentōem seu pro-
positū aborsū facit: si cōmisisset ī hoc notabilē negli-
gentiā: ut quia nimis saltauit uel quia nimis īordinate
laborauit: uel propter īordīatas lasciuias: nō esset absq;
mortali. Idem in uiro uel alio percutiēte eam: unde hoc
sequatur. secus si nō est in culpa. Si quis mutilat mēbrū
alicuius: uel āputat aut alias inutile reddit extra ordi-
nem iuris: uel uulnerat: aut alias ꝑcutit aliquem ex iniu-
ria: mortaliter peccat. Idē si iniuste īcarcerat: uel tenet
per uiolentiam quenꝙ: ne libere possit abire: nisi hoc fa-
ceret ad punctū impediendo malū eius propositū: quod
in eo cōsiderat. si uero aliter fecerit: & ī clericū etiā so-
lum primā tōsurā hn̄tem excommuīcatus est. Si quis
alicuius mortui corpus exhumauerit: & in frustra consi-
derit ad coquēdū: & ossa a carnibus euellendū: ut ea ad
partes alias deferat sepelliēda: etiā si mortuus ille ibidē
elegisset sepulturā excoīcatus est: & absolutō illius tā-
tum pape reseruata: ut in extrauagante Bonifa. Viii. Si
quis uerbo scilicet mādando. persuadendo. ratificando.
incitādo coopatur ad aliꝙ predictoꝝ in mortē uel ali-

quã lesioné corporalem mortaliter peccat:etiam si non sequatur effectus. si uero seqtur effectus: grauius peccat & si pcussus uel incarceratus et huiusmodi esset clericus uel religiosus: in quolibet predictorꝫ casuum percutiés uel inducés esset excõicatus: nisi esset prelatus: qui hoc faceret ad corrigédum. Et ubi in predictis scilic& mã-dato uel consilio cooperatione uel facto ess& enormis ĩiuria clerico facta: nõ poss& ppetrãs absolui citra sedé apostolicã: uel legatum eius: aut summũ peĩtentiariũ. secus si non esset enormis. de huiusmodi habes diffuse in quarta parte summe ti.i.c.i. Si quis interfici fecit: uel mandauit aliquem christianũ per assessinos: etiam si nõ seqtur effectus: est excõicatus: & depositus ab õni gradu. ordĩe: et digĩtate seculari: & ecclesiastica: et silr̃ receptor uel defensor huiusmõi assessinorꝫ. extra. de homicidiis. Ne pro humani li.vi. Dicuntur aũt assessini heretici. quod etiam uide in q̃rta parte sũme ti.i. Si qs desiderat mortem alterius deliberata ratiõe in malum eius: siue exo dio uel ĩuidia: uel auaritia: uel ut habeat bona eius: uel ex luxuria: ut aliam accipiat: uel ex superbia ut succedat in prelationem: uel ex accidia: ne habeat laborem gubernandi eum: uel ut magis sit liber ne habeat corripientem: in quolibet horꝫ cõmittit mortale peccatũ. Secus auté si hoc desiderat: ne ille ãplius deum offenderet: uel ne peior efficeretur: aut ne bonis uiris: aut ecclesie dei noceret: sicut tyrãni. Sed et siquis ex impatientia et ira seipsum iniuriose percutit: peccat

mortaliter. Et si est clericus: est excōicatus. secus si ex zelo deuotionis: uel ad reprimendas tentationes: nō tñ ex hoc licet abscindere membrum aliquod: qa hoc faciendo peccaret mortaliter: et esset irregularis. Et si clericus est: excōicatus est. Si occidisset uel uulnerasset ī loco sacro: esset sacrilegium: et ecclesia uiolata. Si per uioléntiam: etiā si esset officialis: malefactores uel debitores eduxit de loco sacro: uel fecit capere absq; speciali mādato superiorꝝ: peccauit mortaliter. Si fecit torneamētum uel fieri fecit: uel aliud spectaculū: ubi sit ꝑiculum uite peccauit mortaliter. Si testificatus est iniuste: uel false contra aliquem: quod est mortale. Si liberationē alicuius condemnati impediuit: uel de morte euadentē cepit et reduxit. Si neglexit a morte aliquem liberare: cum posset. Si iactum lapidis uel baliste et huiusmodi cōsuluit uel fecit: ex quo mors secuta ē. Si suasit alicui ciuitatem aut castra capere: aut aliter guerram facere et inde mors secuta est. Si uenenum mulieri pregnanti uel alteri dedit: uel si uiro uel mulieri ob amorē aliquid ad manducādū dedit: ex quo mors secuta est. Si tēpore famis proximos suos occidit eis uictualia denegando & occultando: cū haberet sup̄flua: uel alio tēpore positos ī necessitate extrema. Si detinuit preciū pauperꝝ ꝑsoāꝝ uidendo eas positas in extremo. Si seduxit aliquem ad peccatū mortale faciendū per se uel per aliū pro se uel pro alio. Si malo exemplo aīas occidit. uerbis. gestibus. uanitatibus & huiusmodi.

SCias primo ꝙ luxuria: que committitur extra matrimonium semper facit mortale peccatũ in omĩbus speciebus suis: que hic oẽs ponũtur. Ergo distincte oportet confiteri:& interrogari: si ex se confitẽs non dicit. Nullo modo tamen de oĩbus his est interrogandum:ne quis discat peccatũ:quod prius nesciuit:sed prout cõuenit personis:que confitentur. Et cũ habetur aliqua species specialiter tamen ultima:nõ est semp ultra descendendũ ad oẽs circũstãtias particulares nõ necessarias. Et ideo caute & honesto modo ĩterrogãdũ est de huiusmõĩ peccato. Prĩo igitur si cognouit solutus solutam:quod fornicatio dicitur:& ĩterrogãdũ est:si fuit meretrix:uel serua sua uel uidua:& si eam ad hoc induxit. Si tenuit concubinam : & q̃nto tempore: quia ultra fornicationem est ibi scãdalum proximorum quia publicam facit fornicatioẽm . Si uirginem deflorauit extra matrimonium: quod dicitur stuprum: et si seduxit eam promittendo eam uelle ducere in uxorem cogendus est in foro cõscientie uel ducere eam:uel dotare si potest. Iniuriatus est etiã parentibus illius ĩ hoc si nesciuerũt. Si cognouit uxorem alterius:uel ipse uxoratus cognouit solutam:quod adulterium dicitur. Et ẽ duplex adulterium:si uterq; sit in matrimoĩo legitimo cõstitutus. Si intulit uiolentiam alicui: quod dicitur raptus:et si etiam contra uolũtatem parentũ suorũ hoc facit grauius peccat. si fuerit talis rapta nupta uel uirgo

uel monialis adhuc grauius. Si cognouit cõsanguineã suã:uel uxoris sue usq; ad quartum gradum consanguinitatis uel affinitatis inclusiue : quod dicitur incestus. Idem de muliere: que simili modo pmittit se cognosci a consanguineo uiri sui. Idem si pater cognouit filiam adoptiuã aut filiã adoptiue filie:aut uxorem uel filiam filii adoptiui.aut ēt si filius adoptiuus cognouit filiam naturalem aut uxorem adoptãtis:que oĩa faciũt ĩcestũ. Si cognouit filiastrã suã scienter:quia tunc ultra ĩcestũ quem commisit:non potest amplius a matre debitũ petere. Si cognouit monialem uel habentem professioẽm castitatis:scelus operatus est et dicitur sacrilegiũ.Idem si mulier cum clerico in sacris ordinibus constituto:uel religioso.prelato.ordinato & huiusmõi. Si cogõuit cõmatrem: uel quam tenuit ad batisinum.s.filiã suã spiritualem: & dicitur incestus: uel sacrilegium. Idem de muliere cum compatre uel filio spirituali et huiusmõi. Si susceptus cognouit filiam suscipientis : uel uxorem eiusdem:etiam incestũ commisit:similiter fit de cõfirmatione.Si per semetipsum uigilãs uolũtarie se polluit uel manibus propriis:uel aliis modis:quod dicitur mollicies. Si masculus opatus est turpitudinẽ cũ masculo : uel femina cum femina : uel uir cum muliere extra uas debitum : quod dicitur sodomiticum & est grauissimũ omnium.Si cum brutis operatus est nephas: & cũ qbus quod dicitur bestialitas.Si diebus festiuis aliquid horũ operatus est; quia magis graue. Et secundũ aliquos hu-

iusmodi circūstantias necesse est confiteri: quia mutāt speciem peccati: quia si in ecclesia uel loco sacro aliqd horum commisit: ultra hoc quod fecit: operatus est etiā sacrilegium: & ob hoc grauius peccatū. De peccatis que cōmittuntur in cōiugio & actibus inhonestis uel tactibus et osculis aut uerbis & huiusmodi dicetur infra .c. de luxuria.

De septimo precepto uidelicet non furtum facies. .c.xviiii.

ET primo de usurpatione rei aliene: que in hoc prohibetur precepto. Nota quod in ōnibus infrascriptis speciebus est peccatū mortale: & tenetur ad restitutionem ei a quo est recepta res. ꝙ si ille non inuenitur uel ignoratur pauperibus erogetur. Et nota ꝙ non solum qui accipit: sed heredes etiam eius tenentur: si tm̄ ad eos de bonis illis peruentum sit. Si abstulit rē alienam occulte inuito domino: nō solum ab extraneo: sed etiam filius a parentibus. uxor a uiro. seruus a domino. discipulus a magistro. socius a socio. cōsāguineus a cōsanguineo: qa semper furtum est. Et si fuerit notabile aliquod dānum mortale est: & tenetur ad restitutionē secus si qd minimū: ut fructus & huiusmōi. Si furatus est oues. agnos. oua aut pullos: aut columbas: aut fructus agrorum. Si arando uel alias cultiuando furatus est alienam terrā: quia tenetur ad restitutionem totius dāni. Si furanti dedit consiliū: aut modū furādi: aut aliquod auxilium: qa tenetur in solidū: si probabiliter creditur

ex suo consilio huiusmodi dãnum fuisse secutum. Si uidit fieri furtũ & dolose celauit:quia tenetur ad restitutionẽ:si ex officio habebat impedire. Si interrogatus de furto ei noto tacuit:quia tenetur manifestare. Si scienter emit rem furatã:quia tenetur restituere. Si comedit:aut bibit: aut induit de rebus furatis: quia tenetur de omnibus:que sic consumpsit:nisi egerit causam spoliatorum monendo et inducendo furem uel raptorẽ ad debitam restitutionem. Si uxor per annũ uixit de rebus quas uir eius furatus ẽ: qa potius deber& uiuere de elemosinis. Si furatus est aliqd usurario uel alteri:ut inde faciat elemosiãm pro anima illius:quia nõ sũt faciẽda mala:ut eueniant bona.

De fraudulentia

SI rem sibi mutuatã retinuit fraudulenter: uel aliter rẽ alterius ad manus suas uenientẽ nõ ṙstituit nisi ille de suo haberet tantundẽ certitudinaliter:quod non uellet restituere. Si inuenta: que non habentur pro derelicto:non restituit: sed ad sibi retinendum accepit sed inquisitione facta si nõ reperitur deb& pauperibus dare: alias peccaret mortaliter: nisi ipsi indigenti hoc daretur. ¶De thesauris inuentis multum statur cõsuetudini. ¶Si re pignorata usus est ad usum cõsumentẽ: ad sui utilitatem contra uoluntatem domini illius rei: quia tenetur de consumptis. ¶Idem si sua culpa alias quouis modo pignus deterioratum est. Si re cõmodata usus est ad alium usum:q̃ fuit cõmodata:uel si re deposita sine licẽtia deponẽtis usus est:nisi presumat dñm

rei esse cõtentum: quia tenetur de deterioratione illius rei. Si religiosus de rebus monasterii sñ licentia supioris habita uel presumpta aliquid accepit. Idem si aliquid recepit uel retinet occulte pro se: quod mortale ẽ & proprietariũ. Si prelatus expẽdit in turpes usus bona ecclĩe deputata ipsius reparationi: uel pauperibus: uel bona monasterii. Si recepit a religiosis aliqd sñ cã ratioãbili scilic& pro turpitudine: uel ludi acquisitione: uel causa amicicie & parẽtelle sine aliq̃ indigentia: quia tenetur ad restitutionem. De fraudulentia etiam nota: que fit in substantia rei uendẽdo unam rem pro alia uidelic& si uinum lymphatum pro puro uendidit: uel carnes pecudinas pro castratis: aut cerã & alia aromata nõ pura sed mixta aliis rebus & huiusmodi. uel in qualitate: ut rem prauam pro bona: ut pannũ. ferrũ. coreũ. aromata. aĩalia fructus & huiusmodi defectuosa: & si ea uendit pro bonis. Vel in q̃ntitare dando mensuras diminutas et pondera: ut undecim uncias pro libra et huiusmodi. In his si notabiliter dãnificat proximum: peccat mortaliter: & tenetur ad restitutionem. si parum nec plus intendens uenialiter: & pauperibus eroget. Si uendidit rem aliquam multo maiori precio: q̃ ualeat secundum communem estimationem illius temporis aduertenter peccat mortaliter: & tenetur ad restitutionem: si proximus notabiliter leditur. secus si parum. Idem si emat minori precio: q̃ ualeat. et hoc si ueniat ex ignorantia uel imperitia uenditoris. Si fraudauit iustas gabellas

& pedagia: quia tenetur cōitati restituere: ēt si multum uel parum fraudauit. Si etiam multū defraudauit mortaliter peccauit. Si emendo aut uendendo causa fraudis mentitus est: quia quotiens hoc facit scienter: totiens peccat mortaliter: & tenetur ad restitutioēm. Si cōueñt cum mercatoribus: ut ipse solus uenderet pro omnibus quia illicitum pactum est. ¶ Si in ciuitate impetrauit ut ipsi soli uēdere liceat: quia secundum leges debet oī bono suo spoliari: & propterea exilio damnari. Et hec etiam pena incumbit cōcedentibus huiusmodi licētiā. Domini qui grauant subditos in collectis uel exactionibus iniustis: quia tenentur ad restitutionem. ¶ Qui distribuūt prestātias scienter aliquem grauantes cōtra debitū: tenentur de damnis.

De rapina.

SI rapuit rem alterius uiolenter: quia mortale est: & ultra hoc tenetur ad restitutionem. Si rem raptam inique celauit: quia tenetur ad restitutionem in solidū: si ex hoc īpedita fuit restitutio. Si fuerit pyrrhata idest predans per mare quoscunq; indifferenter: quia ultra peccatū et restitutioné est excōicatus excōicatōe papali. Secus tamen est de illis: qui hoc faciunt contra certos aliquos: cū quibus habent bellum. Si depredatus est romipetas euntes et redeūtes ad urbem: uel portantes necessaria ad usum curie. ultra peccatū excōicatus est excōicatione papali. Si in bello iniusto depredatus est aliquem: ultra peccatum mortale et restitutioné: nō debet absolui: nisi firmiter proponat et se dispoāt am-

plius non interesse huiusmodi: uel alio bello iniusto. Si in bello iusto abstulit aliquid ab amicis: sicut quandoq; faciunt stipendiarii: uel etiam si abstulit aliquid ab ecclesiis inimicorum: quia tenetur ad restitutionem. ¶ Nota quod oēs dantes consilium ad aggrediendum uel sumēdū aliquod bellum īiustū: sine quorum consilio nō fuisset factū: uel non poterat fieri: tenētur in solidum de oībus damnis inde secutis. Si participauit in crimine rapine uel furti uel alterius iniuste damnificationis in aliquo infrascriptorum modorum: qui in his continentur uersibus. Iussio. consilium. consensus. palpo. recursus. participans. mutus. non obstans. non manifestans. tenetur ī solidū de omni dāno īde secuto: quousq; illi: qui passus est sit satisfactū. Intellige tamen iussione uel consilio uel consensu coopatiōis. uel palpo idest adulatione. uel recursu .i. receptatione latronum uel rerum ablatarum taliter quod sine hoc non fuisset facta rapina uel damnū. alias non teneretur: nisi quantum peruenisset ad eum de re rapta: uel de quanto damnum fecisset cum suis: uel quāto plus fuisset factū propter aliquod predictorum ab eo factorum. Quantū ad secundū uersum nota. quod nō obstans. non manifestans et mutus tenetur quando est officialis: & potest impedire dānum: & non facit. alias enim non tenetur. Quantum uero ad participationem istud potest fieri multipliciter. uno modo procurando cum aliis ad rapiendum: et tunc tenetur ad illud: quod recipit uel damnificauit: si tm̄ non fuit in cā pricipali:

uel quasi. Secundo modo recipiendo per uiam doni de rapina: et de illo tenetur. Tertio p consũptionem rapie in uictu et uestitu et huiusmodi: sicut famulus raptoris: et usurarii: q omnia habẽt de rapina et usura: et tenetur de illo quod cõsumit. Quid aũt debeat talis facere uide ĩ sũma. Quarto modo per dotatioẽm: ut uidelicet maritus: qui sciebat socerum suũ non hẽre nisi bona rapta uel de usura: qa nõ potest recipere dotẽ ab illo: si recepit: tenetur ad restitutionẽ. Filia autẽ cũ remaẽt uidua tenetur restituere dotẽ: qa de alieno est. Si uero nesciebat maritus socerũ suũ esse talem: tunc diuersa est opinio doctorum: utrum possit teneri maritus si filia uidua tenetur. Quinto propter emptionem rei rapte: uel furate: et si scienter hoc fecerit ob sui utilitatem: ultra mortale peccatum: tenetur restituere: si inuenire poterit dñm rei. si uero nõ ĩuenire poterit: pauperibus erogabit: uel preciũ eius: etiã si iã cõsũpsit. Si ignorãter siue ignorãtia iuris siue facti a peccato potest excusari. quando tamẽ scit: tenetur restituere: si nõdum distraxit: etiam precio petito a dño rei: sed repetat a uẽditore si potest. Idẽ de omnibus: qui successiue emerent huiusmodi res: nisi prius distraxerĩt illas: qa si bõa fide existẽs distraxerit uendẽdo: nõ tenetur ipse: sed emens. De his uide pleĩus in summa secunda parte. Interrogandũ est ergo de predictis nouẽ modis dictorum uersuũ sigulariter. Et primo si iussit fieri rapinã: aut si eius noĩe facta ẽ: mortaliter peccauit: et tenetur in solidũ: si aliter q̃ ex eius mãdato

facta non fuisset. alias tenetur pro quanto: ut supra. Si raptori consilium dedit ad rapiendum: quia tenetur in solidum: si ex suo consilio factũ sit. Si consẽsit rapine cooperando: tenetur similiter ĩ solidum eodem modo. Si adulatus ẽ raptori quasi strenuo et bñfaciẽti: tenetur in solidum: si ex hoc damnũ secutũ est. Si raptorẽ uel rem raptam receptauit: uel iniq; celauit: qa tenetur in solidum: si ex hoc damnũ secutũ est: uel ĩpedita fuit restitutio. Si uidit rapinã fieri & nõ obstetit: cũ poss&: uel si celauit: et non manifestauit: qa si officialis erat: tenetur ad restitutioẽm. alias nõ. Si procurauit cũ aliis ad rapiendũ: qa tenetur ĩ solidũ: si ex eius sequella uel fauore: raptores hoc fecerunt: si autẽ sine ipso fecissent: tenetur de quãto peuẽit ad eum: uel de eo ꝙ ipse dãnificauit: si recepit per uiã doni de rapina: qa ad illud tenetur quod recepit. Si ĩ uitu et uestitu consũpsit de rebus rapine: quia tenetur ad illud: quod cõsumpsit: nisi talia reciperet in agendo cãm spoliatoꝝ monẽdo & ĩducẽdo raptorẽ et cetera. Si dotẽ recepit a raptore uel usurario: quia tenetur ut supra declaratũ est. Si scienter emit de rebus raptis uel furatis: quia restituere tenetur: si autem ignorãter: nõ tenetur nisi ad suam noticiã peruenerit: quod res rapta fuit: ut supra. Si quis ĩpediuit alios iniuste a cõsecutõe alicuius bñficii uel officii eccl'iastici uel secularis: ubi iã erat acquisitũ ius: tenetur ad restitutionem talis dãni: si autẽ nõdũ erat sibi ius acqsitũ: sed erat ĩ uia: ut acquireretur: tenetur ad arbitriũ boni

uiri quantum poteſt illud damnũ ĩ illo dubio eſtimari. Similiter qui ĩiuſte deiicit ab obtẽto:uel procurat alios eiici. ſecus autem cum iuſte procedit. qui infert damnũ: quod in ſpecie reſtitui non poteſt: ut mutilatio membri uel ſimile: ut manũ ãputando: cum qua ille ſe nutriẽdo ſcribebat: uel uirginitatem puelle auferendo: precipue ꝑ uiolentiam uel ſeductionem. Vel etiam mortem alicui ĩferendo: qui ſuo labore ſe et familiam ſuam nutriebat aut ſcienter dando uel uendendo equũ claudicantẽ uel alias nociuũ aut etiam aliud animal ad uecturam uel aliũ uſum: et non emptori indicando illud nocumentũ: unde ſibi poſtea aliquod ſequitur damnũ et huiuſmõi: tenetur ſatiſfacere de huiuſmodi ad arbitriũ boni uiri. Si mulier ſuppoſuit ſibi partum alienum: uel concepit per adulterium neſciente uiro: tenetur uiro de omnibus expẽſis factis filio putatiuo: et cõſanguineis ideſt filiis uel aliis heredibus pro his que peruenerunt ad eum: nõ tamen tenetur illa mulier manifeſtare factum cũ periculo uite ſue. Sed quid agẽdum ſit: uide ĩ ſũma ſecũda parte. Si fuerit officialis alicuius cõmuĩtatis uel ciuitatis aut dõini. puta camerarius. theſaurarius. notarius uel ſimile: uel aliud officiũ habens: pro quo ẽ ſuficiẽter ſalariatus: nec contentus illo ſallario a perſonis in ꝗbus ſuum exequitur officium exigit uel extorquet aliquid ultra ſuum ſalarium prefatum non puto quod excuſet eum conſuetudo ſicut nec rapina propterea enim ſtatuuntur ſallaria: ne talis ultra hec aliquid petat: unde et

peccat talis:et debet pauperibus erogarẽ:quia ideo dico:quia difficile.est semper illud reddere illis:a quibus recepit: maxime cũ modicum fuerit et persona inueniri nõ põt: ũde illud receptum est:uel nescitur. Si cũ pecuniis quas habet cõitas in deposito negociatur:et siquidem cũ eis lucretur per contractus usurarios: tenetur restituere ei a quo accepit. Si per contractum licitum uidetur teneri saltem pro parte cõitati:uel pauperibus erogare partẽ. Si usurpauit sibi bona cõitatis:aut iura procurationis. aduocationis.et huiusmodi:quia ultra mortale:tenetur restituere. Si rapuit aut pro se impetrauit aliqua bona ciuium spoliatorum uel expulsorum:quia tenetur ad restitutionẽ. Si quis ingressũ ĩ religionẽ bonã et approbatã educit uel per uiolentiã uel per suasionẽ: ultra peccatũ mortale commissum:& excõicationẽ cũ infert uiolẽtiã persone:tenetur illum uel alium reinducerẽ ad religionẽ in satisfactionem uel tenetur ipse ingredi: si non habet impedimentum.de.pe.et remis.de eo. Qui autẽ eum quia intendit ingredi aliquã religionẽ a suo bono preposito reuocat:etiam si nondũ ingressus fuerat: eodem modo uidetur peccare:et puniri debere.

De furto rerum sacrarum
quod sacrilegium dicitur.

SI imposuit uel dedit super hoc consiliũ ut ĩponerẽtur clericis uel psõis ecclĩasticis collecte uel exactiones non habita licentia a romano pontifice: si secutus est effectus: ultra mortale: et obligationem ad

restitutionē: nisi desistat post admōitionē ē excōicatus Si fecit uel fieri fecit: aut desup cōsuluit statuta cōtra ecclesiarū libertatē: ultra mortale tenetur de damnis et est excōicatus ipse et scriptores et iudicantes. Ea tū uide: plenius supra ī prima parte. Si accepit patrocinatum de nouo alicuius uacātis ecclesie uel monasteri uel locoꝝ piorum uel bona ipsorum locoꝝ uacantium. de hoc uide supra in prima parte. Si usurpauit bona hospitalium: uel alioꝝ pioꝝ locoꝝ: aut bona religiosorū: aut pauperū: aut rem ecclesie: aut bona capituli aut: collegii Si abstulit rē sacratā ut calicē. paramēta et huiusmodi de loco sacro idest de ecclesia: aut rem sacram de loco non sacro: aut rem non sacrā de loco sacro. Si emit aliquid de pecunia ecclesie: quia talis possessio ecclesie est. Si effregit locum sacrum uel locū religiosoꝝ: ut portas ecclesie: uel portas cōuentus aut monasterii: quia ultra peccatum et obligationem ad satisfaciendum de īiuria et de damno: est excōicatus: si tamē hoc fecit iniuriose et uiolenter. ante denūtiationē potest absolui a diocesano: depost uero a solo papa uel seu sūmo penitētiario. Idem iudiciū est: si incendiū fecit studiose et iniuriose in predictis locis. Incendiarii autem alioꝝ: locorum de iure cōi non sunt excōicati. In aliquibus tam̄ locis per synodales cōstitutiones sūt excōicati. Si legata facta ecclesiis et aliis piis locis aut pauperibus nō solū integre non soluit: sed etiā solutionem differt: quia peccat mortaliter: nisi legitimo impedimento impediatur. In

aliquibus uero locis est excõicatus p synodalia statuta. Si nõ dedit laicus decimas suas:quas tenetur:et solutionem faciat:ut cõsuetum est:et specialiter ecclĩasticis personis:ultra peccatum tenetur ad restitutionem.

De usura.

SI mutuauit peccuniam numeratã uel aliquid eorꝝ: que usu consumuntur:ut frumentũ. uinũ. oleum et huiusmodi cum intentione aliquid recipiendi ultra suũ capitale:mortale est:et illud ꝗ ultra recepit:tenetur restituer̃. Si mutuauit supra pignus aliquod rei mobilis uel rei immobilis:ut supra uestes uel equũ et huiusmõi: aut sup domũ aut agrum:uel simile:et interim accipit usum pignoris illius:donec reaccipiat pecuniam suam: quia usura est. Excipitur tamẽ casus scilicet cum gener accipit possesionem in pignus a socero suo: quousqꝫ ille donauerit sibi dotem. Et si ipse gener sustinet onera matrimonii scilicet nutriat uxorẽ. Si deposuit pecuniã penes mercatorẽ uel artificẽ cum intentione recipiendi aliquid utilitatis:licet nõ faciat pactum super hoc: sed ponit in discretione eius uolens in omni casu capitale suum saluum esse:quia usura est. Sed si uult participar̃ tam de dãmno:q̃ etiam de lucro:sic licet etiã cum pacto. Et in hoc qñqꝫ solent offẽdere mulieres de dotibus suis. Et dicuntur deposita uulgariter sed usura est. Si quis propter pecuniã mutuatam alicui petit uel sperat principaliter ab eo aliquod obsequium uel utilitatem: que precio possit estimari:ut opera boum uel persone ad

colendum terram uel aliud:uel mutuationē sui iumēti: uel cuiuscūq; rei:uel aliquod encenium: ut molat ī molendinis suis:uel ut procuret sibi beneficiū : uel officiū ecclesiasticum uel seculare : uel ut det sibi propter hoc plus de fructibus terre eius: quam colit. usura est. Et si propter hoc non ab eo:cui mutuauit: sed ab alio:ut domini uel cōitatis recepit utilitatem exinde illud debet pauperibus dare. Si ueniente termino noluit prolongationē eius concedere:nisi daret sibi aliquid:qa usura ē. Si in fraudem usure prestitit decem brachia uel ulnas pāni uius:ut rcip& decē ulnas pāni ulterius:qa usura ē. Si rcepit ab usurario aliq̄ dona: qa tenetur rstituere nō illi:sed illis a qbus ipse usurarius rceperat:si sua substātia toto fuerat de usura. Si credidit pecuniā pro silī pecuia:uel rē pro silī re estimādo plus ualere huiusmōi:tēpore restitutiōis:usura est: si fecit cū illa intentiōe : ut reciperet illam meliorationem. Si mutuauit pecuniam recepturus in certo termino alterius generis monetam: aut aliā rem : que plus ualeat aut in alio loco ubi plus ualeat:quia tenetur si in hac ītentione fecit. Si mutuauit nauiganti uel eunti ad nundinas cum pacto recipiendi aliquid ultra sortem:ex eo quod suscipit in se periculum pecuniarum et mercium. extra. de usu. Nauiganti quamuis enī i se suscipit periculum nihilominus tamē contractus ille non est licitus. Si dedit granū uetus: ut postea recipiat nouū : quia usura est:si tamen considerauit ī hoc meliorationem quapropter hoc fecerit. extra

eodem quo supra.cõsuluit.et.c. In ciuitate. Si notarius rogatus scripsit contractũ usurariũ:quia ultra peccatũ mortale tenetur in solidum et similiter si fuit testis in tali contractu. Si fuit causa uel mediator et exorator inter mutuantẽ ad usurã et recipientẽ:quia:mortaliter peccat et ad restitutionem tenetur. Si apposuit penam contractui praua intẽtione: quia usura est:et restituere tenetur. Si tutor uel curator pupilloꝝ:uel procurator aut factor cuiuscunqꝫ pecuniam pupilloꝝ uel patroni dedit ad usuram: etiam in utilitatem illoꝝ ultra peccatum mortale commissum tenetur restituere. In casu tamen quo illi non possint uel nolint restituere illi inquã qui habuerunt utilitatem. Nam ipsi principaliter tenẽtur: sed nõ facientibus ipsis tenetur tutor uel procurator et cetera. Si quis accipit sub mutuo ad usurã:non ad prouidendum sue necessitati: sed ut faciat usurã:uel ludat uel alias male utatur:mortaliter peccat. Idẽ si inducat alium ad hoc faciendum:qui alias non fecisset.

De cambio.

SI fecit cãbia et minuta de uno floreõ aureo supra monetã accipit uel ecõtra pro cãbio dedit aliqd secundum communem cursũ:non est illicitum. Si fecit cambia per litteras realia de loco ad locum nõ ficta:et inde cepit moderatum lucrum: quia non est illicitum. Si fecit cãbia:que uulgariter dicũtur cambia sicca: aut prouentus:aut ad libras de grossi: usura est qnia ibi realiter est mutuum sub spe lucri. hec habũdãt ĩ florẽtia.

Si mutuauit cum intentione nihil recipiendi si postea debitor dedit: ei aliquid tenetur ad restitutionē si probabiliter credit quod propter mutuum acceptum hoc ei dedit: uel creditum ulterius retinēdum. secus esset: si ex beniuolentia ei dedit. Si in emptione fructuū terre uel aliaꝝ reꝝ ex eo quod ante per aliquos mēses q̃ recipiat huiusmodi fructus uel res alias precium soluit: propter hoc emit mīus. iusto precio propter dilationē receptoīs dictoꝝ fructuū uel aliaꝝ rerum usura est. Secus si hoc faceret cum uerisimiliter crederet fructus illos aut res alias etiam posse minus ualere tēpore receptionis eorūdem. Si autem non uendit plus iusto precio: sed nō uult facere illi ita bonum forū sicut ei qui dat sibi pecuniā numeratā nō est usura. Si uendit pannos lineos. laneos. sericos uel alia quecunq; mercimonia ad credentiam maiori precio q̃ ī numeratis ratione dilationis: quia si sic uendit: usura est. Si uendit aliquam rem pro precio quod ad presens currebat cum pacto: quod si tempore solutionis ualeret plus: etiā uellet illud plus: sed ecōtra si ualeret minus: non uellet illud minus: quia usura est. Si uero contentus sit recipere precium illud siue ualeat plus siue minus: et sic contingat plus ualere: nō ē usura. Si quis emit domum uel agrum multo minori precio: q̃ ualeat cum pacto quod uenditor reemat eā uel eū cum placuerit pro eodem precio: et ipse primus emptor interim fructus illaꝝ reꝝ percipiat: quia usura palliata est. Nota quod usurarius tenetur ad omnia dāna: que passi

fuerīt debitores propter solutionē usure. Si eius cōsilio aliqua ciuitas aut cōitas dedit suam pecuniā ad usurā: quia usurarius est. Et eodem modo si cōitas aut ciuitas aliqua recipit pignus aliquod et eius fructus nō cōputauit ī sortem: extra. de usu. Conquestus. vii. q. i. sicut uir. xxx. q. iii. si heres. ff. quid. me. cā. l. metū. §. Cum aduertendum. Idem est de illis: qui prohibere possunt: et non prohibent. extra. de sen. excō. quatenus. et non tenetur restituere nisi q̄ntū ad eos peruenit. Si cōcessit uēdidit aut locauit aliquā domū usurariis aut aliis ad exercēdū fenus: quia non licet. Et si sūt patriarche. archiepiscopi aut episcopi ipso facto suspensionem incurrunt: si sunt alii prelati aut clerici ipsofacto excōicationē īcurrunt. si est uniuersitatis interdictum īcurrit: Et si tales talē sententiā sustinuerint per mensem: terre eorꝝ etiā sunt interdicte: q̄ diu usurarii ibi morātur. Si fieret statutū in aliqua ciuitate: quod usure soluantur: uel solute non possint repeti: aut repetite nō possint restitui: excōicati sunt qui faciunt hec statuta et q̄ iudicant secundū ipsa. Vnde illi qui faciunt capitula cum iudeis: ut domini et cōitates continētia quod possint fenerari et quod usure ab eis extorte non possint repeti ī iudicio: et huiusmōi: uidentur incidere in hanc excōicationē omēs uidelicet dn̄i: qui faciunt huiusmōi capitula: et ciues qui hoc consulunt. extra de usu. in cle. ¶ De emptione denariorum montis florentie: uel prestitis uenetiarꝝ: uel locis ianue: qui aliqui ponunt esse usurarium contractum: licet alii

. nō.

contrarium teneant et ideo nemini consulas ut faciat. Factum autem si potes inducere: ut post mortem suam et unius alterius sinat cōitati: uel partē det pauperibus: bonum erit. si non uult adherens opinioni contrarie nō facile condemnes: In huiusmodi enī secundū doctores non est precipitanda sentētia.

De usurpatione.

SI quis falsificat testamentū defunctoꝝ: aut aliud īstrumētū aut lr̄as uel petiōes aliquas: aut aliquo taliū sciēter utitur: uidetur mortale. et tenetur ad oīne dānū: quod īde seqtur. Si qs falsificauit litteras papales uel talibus falsis scienter utitur: est excomūicatus: cuius absolutio pape reseruatur. Sed qui ex falsa causa: sugge/sta obtinuit aliquas litteras ī curia: que causa si fuisset expressa: non obtinuisset petita: uel quod ex illis litteris recipit: licet nō sit excōicatus: tamen tenetur ad restitu/tionē illius: quod sic recipit. Si quis in bullis papalibus apponit uel remouet unā litterā uel punctum secūdū. Hosti. ē excōicatus excōicatione papali que fit ī curia. Nam in iure cōi hoc non hētur. Et hoc si bulle habent uigorē. Nam si expirasset eaꝝ uigor aut ualor: ut puta. quia continebant gratiam ad tēpus concessam: et iam expirauit illud tēpus: quia si tunc totum raderetur: non propterea incurreret quis excōicationē secūdum Rich. ¶ Si quis falsificat litteras aut sigilla prelatoꝝ aut cōi/tatis uel dn̄oꝝ: ultra mortale tenetur ad satisfationem omnium damnoꝝ inde secutoꝝ. Idem de falsificante

quencunq; librum uel scripturam ĩ damnum aliorum. Si quis fecit alchamiam aut falsificauit monetã: quia ultra mortale tenetur ad restitutionẽ. Idẽ si falsis scienter utitur: et si ĩ hoc deceptus fuit. Si qs falsificauit mẽsuras uel põdera ciuitatis uel sciẽter illis falsis utitur ultra mortale tenetur ad satisfactionẽ dãnoꝝ: ĩde sequẽtiũ

De octauo precepto. s. Nõ loqris cõtra proximũ tuũ falsũ testimoniũ. Et prĩo de mẽdacio pniciosO. c. xx.

SI dixit mendaciũ pniciosũ idest quod ẽ cõtra honorẽ dei: ut ĩ his que sunt fidei uel ĩ damnũ notabile proximi spirituale uel tẽporale: quia mortale est. uerbi grã. si dixit fornicationẽ non esse peccatum et usurã aut huiusmõi. Vel si negat se uel alium esse debitorem proximi cũ tamẽ nouit se esse debitorẽ aut alium et huiusmodi. Si dixit mendaciũ in iudicio ĩterrogatus a iudice: quia mortale est. Si dixit mẽdaciũ in confessione de necessario confitendis: qa mortale est. Si dixit mendaciũ in predicatione studiose: quia mortale est: nisi ex surreptione subitanee locutionis impremeditatus. Si mẽdacium dixit ad laudandum aliquem uel ad adulandum alicui.

De mendacio iocoso.

SI dixit mẽdacium iocosũ idest causa solacii uel ad utilitatem aliquã ĩde consequendã spiritualẽ uel temporalem sine nocumento alterius: quod ẽ ueĩale.

De mendacio officioso.

SI persona que dicit mendaciũ etiam officiosum

ē ꝑsona auctoritatis uel magne ĩputatioĩs seu ꝑfectõis posset ꝑ accidens tale mendaciũ esse mortale: si uidelicet consequatur inde magnum scandalum in mentibus hominum. Si dixit falsum testimoniũ contra aliquem in iudicio: uel accusauit iniuste: ultra mortale peccatũ tenetur de omni dãno leso: tenetur etiã ad restitutionẽ fame scilicet ut dicat se falsum dixisse. postq̃ uero ille ē punitus: nõ tenetur: propter periculũ quod ei ĩmineret.

De detractione.

DE detractione per quam aufertur fama alterius multipliciter ĩterrogãdũ ē. uidelicet. si qs ĩponat alteri aliquid falsum: quod sit peccatum mortale: quia peccat mortaliter: et tenetur ad restitutionẽ faciẽdam: nisi ex hoc ĩmineret ei magnũ periculũ. Si ad peccatũ alterius: quod narrat addit aliquid notabile ultra peccatum: tunc tenetur ad restitutionem: si illud importat infamiam. Si peccatũ alterius mortale cũ esset occultũ manifestauit aliis ad ĩfamandum peccauit mortaliter: et tenetur ad restitutionem ĩ quãtum potest: nisi illud crimẽ postea ꝑ aliã uiã esset publicatum. Si peccatum alterius occultum manifestauit nõ intentiõe ĩfamãdi uel alias nocendi: sed ex quadã loquacitate: nõ uidetur mortale. per accidens tñ. uidelicet si ex hoc sequeretur diffamatio illius: ut quia audientes publicãt posse fieri mortale. Si accusauit in iudicio uel denũciauit prelato crimen alterius non zelo iusticie: sed ex maliuolentia peccauit mortaliter: sed ad restitutionẽ fame nõ tenetur

seruato ordīe iuris. Si fecit libellū famosū idest cedulas siue scripturas in detractionem alterius ponens ī loco publico: ut legantur aut etiam cantiones et huiusmodi: qa mortaliter peccat: et tenetur ad restitutioné. Si peccatum alterius etiā maīfestū narrat ex odio uel ītétione nocēdi: peccat mortaliter: sed restitutioné fame nō tenetur. Si auté ex loquacitate uenialiter peccat. Si de factis alioꝝ que sūt uenialia cōiter recitauit ex loquacitate uel aliqua indignatione non est mortale: nisi intenderet sic diffamare. Si significauit peccatū alterius mortale et occultū prelatis uel parétibus uel cōfessoribus aut aliis ꝑsonis maturis: qui possūt illum peccātem impedire ne amplius simile faciat uel quod non fiat: si adhuc nō fuerit factum. puta si timeret homicidium ab illo fieri. quod significauit et cetera: qa nō ē peccatum sed caritas. et nō tenetur ad restitutioné fame maxime cum uerum significauit. secus si falsum significaret. Si falsū dixit de aliquo: debet accedere illū uel illos corā quo uel quibus hoc dixit: et dicere coram eis: falsum se dixisse. nec excusatur quod hoc sit ei uerecūdia magna si autem uerum dixit: sed non iuste uel bene non debet dicere se falsum dixisse: quia hoc tunc esset mendaciū: sed debet dicere īiuste se et male dixisse. Si quis narrat crimé alicuius prout adiuit dicés se sic audiuisse dici ab illo: licet sit occultum: et hoc ex leuitate uel etiam loquacitate: nō uidetur mortale: neq; teneri ad restitutioné fame: sed est dubiū de illo. Si bona facta alicuius

dixit mala ītentione facta scilicet propter hypocrisim uel superbiam uel huiusmodi intendens eum infamare peccat mortaliter. Idem si negauit bona facta. Idē etiā si taceat bōa alicuius: que sit cum est necessariū qnq3 ad liberationem proximi. Si audiuit infamationes et diffamationes alioꝶ et ī hoc delectatur: peccat mortaliter: si autē non delectatur in infamia immo displicet sibi infamare alios: sed tamē delectatur de loquacitate: non uidetur mortaliter peccare. In prelatis tamen qui possunt prohibere talia: cum aduertunt et non faciunt ē mortale.

E nono precepto scilicet non desiderabis uxorem proximi tui. c.xxi.

PRimo nota de cogitationibus circa luxuriam: quod cogitationes cōmittēdi aliquod peccatū luxurie: quando sunt cum cōsensu rationis: sēp faciunt peccatū mortale et specialiter contra istud preceptū. Et sūt diuersaꝶ specieꝶ: sicut etiā opa carnalia: licet non ita graue mortale faciat sīplex cōsensus sicut opus exterius. Cum ergo dicit penitens habuisse se cogitationes: quibus consensit ratione: interroget confessor cū qbus psonis seu erga quas psonas habuit huiusmōi cogitationes. ꝙ si erga coniugatā dixerit: qa adulteriū ē. si uero erga solutā: et ipse solutus fuerit: qa fornicatio est. si erga consanguineā: quia incestus est: et sic de aliis ut supra dictū est in. c. de sexto precepto. Insuper interrogādus ē penitēs quotiēs huiusmōi habuit cogitatiōes:

quia totiens peccauit mortaliter. Item si per interualla temporis hoc fecit, puta desiderat nunc cum consensu rationis committere fornicationem cum aliqua, postea se occupat in aliquo alio negocio: ut uidelicet cogitat de gubernatiōe domus sue uel huiusmōi: et exinde iterum delibérat fornicari: quia iterum peccat mortaliter. et sic deinceps. Sed si continue uersatur in tali cogitatione uidelicet per horā plus aut minus: unū peccatum est sed tanto grauius q̄to diutius. Si mutat cogitationem de una ad aliā personā: uel ad diuersā speciē cum eadem persona: uel deliberans de. per. se. semper de nouo peccat mortaliter. Vnde si centum mulieres uideret unā post aliam: et ad qnanlibet specialiter determinaret anium suū: centū mortalia cōmiteret. secus si una cogitatione omnes appeteret: quia sic unū esset peccatū habens tam̄ deforitatē tot peccatorum. Itē si diebus festiuis huiusmōi habuit cogitatiōes discurrēdo p ecclesias & prouocādo mulieres: et si philocaptus ex aliqua libidine secutus est eā: et quāto tēpore. Itē quod dicitur de uiro erga mulierem: idem semper dicendum est de muliere erga uirū. Itē de delectatione morosa habes infra in. c. de luxuria Si mulier contentatur habere amatores: et cū ppendit uel considerat aliquē eā procari seu amare carnaliter: ponit se ad fenestram: uel uadit ad aliquem locum ut uideatur ab eo: uel ponit se in ecclesia uel alio publico loco: ubi discurrūt iuuenes ad prouocandum eos in sui amorem: quia mortale est; etiam si nō appetat peccare

cum eis: cum occasionem ruine prestat.

De decimo precepto scilicet non concupiscas rem proximi tui. .c.xxii.

DE cogitatione seu desiderio habēdi res alienas nota ꝙ ultra peccatū opis iniuste usurpationis diuersaꝝ speꝝ: de qbus dictū est supra in.c.de septimo precepto: īterrogandum est etiam de desiderio habito circa res alienas habēdas seu acquirendas modo iniusto: quia tale desiderium siue cogitatio: si cum consensu rationis est: et alicuins rei notabilis: semper est mortale: et eiusdem speciei cuius est opus illius iniuste acquisitionis. uerbi grā: si desiderat aliquid habere ex usura: species usure est. si per rapinam: est rapina. si per uiam occultam: est furtum. et sic de aliis. Et ideo interrogandus est quo modo desiderauit habere rem alienā: ut habeatur species peccati: que necessaria est confitēti. In his tamen peccatis cordis tantum non tenetur quis ad restitutionem: nisi opus fuerit secutum. Nota etiā quod cum quis ī quantūcunq; minīo opere damnificat proximū per quencunq; etiā modū: si habet propositū etiam ī multo damnificādi si posset peccat mortaliter. Vnde ementes et uendentes quandocunq; parati sunt decipere proximū in multo si possent cōmode: mortaliter peccant: licet actu in modico decipiant.

¶ Sequitur secunda pars huius tractatus que tractat de uiciis capitalibus et speciebus et filiabus eorum. .c.xxiii.

Et primo de superbia

SVpbia secundũ gregoriũ ẽ mater omniũ capitaliũ uicioꝝ: & ẽ uiciũ multũ subtile & difficile ad cognoscẽdũ: et cõsistit ĩ appetitu iordinato proprie excellẽtie. Et habet quatuor spẽs siue modos de qbus potes interrogare pro ut uidebitur expedire: si tamen penitens intelligat. Prĩa species si uidelicet bõa que habuit naturalia uel spiritualia aut temporalia sibi attribuit: et nõ a deo eadẽ recepisse recognouit. Secũda species si bona ipsa a deo recepisse cognoscens prĩcipaliter: estimat tamen se ea meritis propriis recepisse: ut propter suam industriam uel ingenium aut prudentiã: uel propter sua ieiuĩa aut oratiões et huiusmõi. Tertia si ea bona que non habuit: reputauit se habere. s. cum estimat se habere multũ humilitatis. caritatis. patiẽtie. sapientie. prudentie et cetera. Quarta si reputauit se meliorem ceteris aliis contemnẽs eos siue despiciẽs. In qualibet haꝝ specierũ potest esse mortale uel ueniale: secundum quod ratione consentitur uel non.

De presumptione.

SI fuit presumptuosus ponendo se ad faciendũ: uel dicendũ: que sunt supra uires suas uel nõ ptinent ad condicionem suam. uel in spiritualibus: uel etiam in temporalibus: ut puta secularis in iudicando clericum: uel eos qui non sunt sibi subditi: uel de his ĩ quibus nõ habet potestatem: quia peccauit mortaliter. Si posuit se ad faciendum ea exercicia: ad que nõ erat aptus: et ũde

potest uenire periculum spirituale uel temporale alteri: ut si medicus ignarus posuit: se ad medicandum. aduocatus ignarus ad aduocandū . confessor ignarus ad audiendas confessiones: et huiusmodi: quia peccauit mortaliter. Secus autē si cōpetenter de illa arte erat peritus non tamen excellens. Si presumēs de sanctitate sua uel de uirtute exposuit se periculo peccato℞: ut uadens ad loca inhonesta uel frequentans conuersationē cū mulieribus specialiter leuibus: et alia huiusmōi: ubi de facili potest labi in mortale. Si nimis presumēs de se nō prouidet de necessitatibus uel periculis occurrētibus spiritualibus et corporalibus : expectās effectū miraculosū a deo: ut quod sanet eum infirmum sine medicinis: uel ministret ei cibū sine labore : qa mortale est et dicitur tētare deū. Similiter si sit predicator sine studii prouidentia : uel doctor aut consul respondendo uel consulēdo improuise .

De ingratitudine.

INgratitudo que reperitur ī omni peccato mortali ē sicut circūstantia agrauās ipsū: qa ubi homo semꝑ debuit seruire deo: eū offēdit. Est tamen etiā unū speciale peccatum: in quantū . s. recipiens bñficia a deo uel ab homine non ea recogitat regratiari et recompēsari. uel ꝙ peius est in mente uilipendit bñficia recepta: uel murmurat de his uel iniuriatur benefactori. Cōmuniter tamen reperitur mixtum cum aliquo alio genere peccati. quandoque est mortale et quandoque ueniale.

Interrogetur ergo sigulariter si ĩcogitauit. si ĩgratiatus est si recompensauit et cetera. Item si ea uilipendit. si murmurauit de illis: uel si bñfactori iniuriatus est.

De inobedientia.

DE iobedientia etiã ĩterrogandum est si uidelicet nõ obediuit supioribus suis spũalibus et tẽporalibus legibus canonicis uel ciuilibus. rõnabilibus statutis: aut statutis synodalibus aut prouincialibus: aut etiam ordinationibus superiorꝝ habẽtiũ uim precepti uel precipiendi: ut quãdo mandatur uerbo aut scripto hoc uel illud seruari ĩ uirtute obediẽtie: uel sub peã excõicationis: uel aliis penis grauibus: et huiusmõi equipolentibus: qa mortaliter peccauit. In aliis autem ordinationibus sĩpliciter factis transgrediendo est ueniale: nisi fiat ex contemptu: quia tũc esset mortale: quãtũcunqꝫ leuibus. Si nõ obediuit dñicis preceptis de qbus supra tractatũ est: uel proprie cõsciẽ. Si nõ prebuit debitã reuerẽtiam maioribus suis uel dñis spiritualibus et tẽporalibus. Si obediuit alicui supiori ĩ illicitis: quia uterqꝫ peccauit.

De scismate.

SCisma cõmititur cum quis recedit ab obedientia sancte romane ecclesie sumens sibi aliud caput: uel sequens alium papam: q̃ canonice electum: nisi essẽt duo electi: quorꝝ qlibet haberetur a suis sequacibus pro papa: et nesciretur clare. quis eorꝝ canonice esset electus: quia in hoc casu uidentur excusari populi: si tamẽ non sunt ptinaces: sed parati sẽper obedire illi uel adherere:

quē sciēter scirēt uerū papā.alias mortaliter peccarēt.Si quis īnititur ordinatioibus factis a scismaticis:quia ē excoīcatus extra de sen.exco.c.i.

De īfidelitate.

DE infidelitate iudeoꝝ uel paganoꝝ uel hēticorū: quoꝝ quodlibet est grauissimum peccatum ducēs ad dānationem nō oportet hic dicere. Inter hos solum heretici sunt excoīcati:cum illis precipue iudeis nō debet fieri nimis domestica cōuersatio & precipue idiote. Potes tamē īterrogare prout uidetur:si habuit aliquod dubiū ī his: que sūt fidei:& de sacramēto altaris & huiusmōi:& si de hoc hēt displicentiā:nō curādū. Si aūt uolūtarie & spōte dubitat esset mortale. Hereticus quilibet ē excoīcatus:& non potest absolui citra sedē apostolicā:ut patet ī processu. Itē credēs.receptator uel fautor hēticoꝝ siliter ē excoīcatus.ut extra de hēticis.

De ambitiōe.

DE ābitone que procedit ex supbia & īportat īordinatū appetitū honoris: que multū r̄pitur ī prelatis & dn̄is:etiā īterrogādū ē.s.si desiderauit aliquā dignitatē:uel beneficiū curatum rōe deliberata prīcipaliter propter honorē uel utilitatē tp̄oralē:peccauit mortaliter. Si desiderauit dignitatē uel officiū aut bn̄ficiū ecclesiasticum uel seculare:ad quod ē īdignus & īeptus: ut qa ignarus uel criminosus & huiusmodi:qa peccauit mortaliter:maxīe si desiderauit huiusmōi etiā:faciēdo cōtra precepta. Si quesiuit honorē de quacūq; re ita inordiāte:ꝙ ibi cōstituerit finē:mortale ē:In aliis caibus

tñ ueniale.

De derisiõe.

DE derisiõe que aliquãdo procedit ex superbia etiã ĩterrogãdũ est: si derisit sacramenta aut uerba sacra uel alia diuĩa uilipẽdẽs ea aut sãctos uiros aut prelatos aut persoãs religiosas aut parẽtes aut uolẽtes deo seruire: ut sic retrahãt eos: quia mortaliter peccauit. Si studiose derisit aliquem ĩtendens ex hoc ĩiuriam et uilificatõem: uel notabilem ꝑturbatõem eius: uel derisit defectuosos sensu uel corpore: ut eos facerẽt ꝑturbare: qa mortaliter peccauit. secus si ex leuitate et causa ioci: et si nullũ ex hoc ꝑturbauit.

De iuditio temerario.

SI uidelicet facta alterius: que dubia sũt quo anĩo fiãt ĩ malã ꝑtem interpretatus est. Si deliberate iudicauit alium de peccato mortali sine signis sufficientibus ad indicãdum maliciã illius: qa mortaliter peccauit. Si iudicauit de ueĩali deliberate: uenialiter peccauit. Idem etiã si iudicauit de mortali: sed nõ deliberato animo.

De curiositate.

SI fuit curiosus circa conditionem intellectiuã: ut querendo scire que sunt supra capacitatem suã: ut de trinitate. de predestiãtõe et similia: uel querẽdo scirẽ parum utilia: et dimittendo multum utilia et magis necessaria: ut querendo scientiam: aut aliqd scire solum ad sciendum: non autem ad hoc ut deum ex illo cognoscat: uel ad aliã utilitatem: quia peccatum est: & q̃nq; mortale: et q̃nq; ueniale: uel querendo scire aut sciam ab illis a quibus nõ debet querere: ut a demonibus uel ꝑ

fortes: qȧ mortaliter peccauit. Si quesiuit scire mala & uana: ut cātileās īcātatões aut similia. Si fuit curiosus circa usus sēsuū: uel aspiciēdo uel audiēdo uel odorādo uel gustando uel tangendo aliqua sine necessitate uel utilitate: sed sola delectatõe sentiēdi sine tn̄ aliqua deformitate: qa peccatū ē et coīter ueīale: si uero cū deformitate potest eē mortale. Si iuit ad uidēdū spectacula mūdana et officiosa: ut torneamēta. hastiludia: seu ad uidēdū currer̄ pro brauio et huiusmōi. Nā si ī huiusmōi ē piculum mortis spiritualis uel corporalis: ut qn̄ sunt spectacula represētatiua turpitudīs: uel cū ī illis potest recipere lesioné aliquā notabilē corporis: mortale est: et multo maius ī exercēte huiusmodi spectacula: uel prebente occasionem ad ea. alias esset ueīale: nisi propter huiusmōi aliqs ita delectaretur: ꝙ mēs eius a deo auerteretur. Ita uidelicet ꝙ esset paratus trāsgredi precepta dei: et ecclesie: ut illa aspiceret aut faceret. Et hoc idē ītellige de quocūqꝫ peccato: ꝙ est ex se est ueīale: quia ꝑ hūc modum potest effici mortale. De adulatõe.

DE adulatõe que coīter est scādalizatiua et cōsistit in hoc: ꝙ quis uerbis uel factis suis īordiāte ītendit placere aliis ad beniuolentiā capiendā. Et si ī malo adulatus est crīali. puta laudans aliquem de uīdicta facta: uel de turpitudīe et huiusmōi. quia mortale est. Si adulatur uel laudat aliquem ītendens eum decipere: et precipue notabiliter ī aliquo ī spiritualibus uel temporalibus: est mortale. secus si aliquid iustū ītendit ab eo

habere:uel quid paruum recipere per modum doni. Si nimis laudat aliquē:ex quo ille sūpsit occasionē sup̄bie uel īanis glīe: coīter ē ueīale:pōt tñ aliqñ esse mortale. Si aūt laudat aliquē ad magis excitādum illū ad uirtutes:uel ad cōfortādū:cū ī tribulatōe et tentatōe fuerit: obseruatis tñ debitis circūstātiis ē ueīale.

De īani gloria.

DE īani glīa que procedit ex sup̄bia:et īportat īordinatum appetitum laudis huāne:seu īordiātam cōplacentiā eius cui offertur:et cui fit aliq̄d opis p̄ricipaliter propter laudē propriā amittitur meritum eius & peccatum incurritur. Est ergo interrogādum secundū statum hominum de diuersis materiis: in quibus hoīes querunt sibi laudem:ut a doctorī de sciētia et doctrina: a scolaribus de ingenio et disputatōe. a rectore de regimine. a mulierī de ornatu et pulchritudine & huiusmōi. Si opera sua in genere bona: ut ieiunia. elemosine et huiusmodi quasi omnia ad laudem humanam fecit: mortale uidetur: cum ibi cōstituit finem suum si tamē pura intentione et iusta fecit opera bona:et audiens se inde laudari sumpsit cōplacentiā de laude sua:uidetur ueniale:Si quesiuit laudē et gloriā de ope peccati mortalis:mortaliter peccauit:et hoc si secundum rationem deliberatā hoc egit. Secus si secundum motum sensualilitatis:uel etiā si de aliquo ueniali gloriatur. Si ita inordinate appetit laudem et gloriam de aliquo opere: q̄ propter eam consequendam paratus est facere contra

aliquod preceptorum dei: peccat mortaliter. Si gloriatus ē de fortitudine: aut pulchritudine aut sanitate corpis: aut de memoria aut intellectu prestanti aut de spiritualitate aut gr̄a spirituali: uel de parentella & sanguīs nobilitate: aut de potētia et dominio seu prospitate. de scientia. de diuitiis. de eloquētia. de artibus. de cātu et ceteris huiusmōi: aut gloriatus est de uisitatōe ciuium uel de reuerētia sibi facta: aut de sequella famulorum et ceteris multis huiusmōi. De īmodestia uirorum.

DE īmodestia et prīo uirorum ī ornatu: que procedit ut frequēter ex īani gloria. posset tn̄ ex aliis caīs procedere. Vnde īterrogādū ē: si unq̄ uestitus sit habitu religiosorum ī despectū eorum. Vel ī ludis uanis et īhoēstis: qa si hoc fecisset: grauiter esset puīendus. ar. extra de epī audi. Vel minīe. Si ex lasciuia et uanitate usus est ueste muliebri: qa grauiter peccauit. Si ad ostentationem et inanem gloriam superfluū hūit ornatū: et superfluum apparatum in uestibus uidelicet si uestitus est bisso uel purpura: cū ad hoc non sit auctorizatus: uel ueste racamata aut picturata falcoībus aut radiis et huiusmōi: uel si circa uestes cōpositas apposuit nimiā sollicitudinem: et si de his superbiuit et gloriatus est: mortale est: si tam inordinatam delectationem hūit ex his ad laudem et gloriā īanem: q̄ nō curauit transgredi mādata dei et ecclesie. similiter si dicto modo usus est uestibus diuisatis. i. diuersis coloribus consutis uel frappatis. Si talibus uestibus et supfluis ornatibus usus ē ad īducēdū

mulieres ad sui cõcupiscentiã extra tamẽ matriõium: quia mortale est. et dico extra matrimoĩum: quia uxor potest se ornarẽ: ut marito suo placeat: et ecõtra maritus ut uxori absq; peccato: honesto tamẽ mõ fieri debet ille ornatus. Si corã mulieribus stetit aut incessit ĩhoneste uestitus demõstrando femoralia et alia inhonesta incitantia ad libidinem. Si nouam inuenit portaturam in uestibus ex lasciuia et uanitate. Si radi fecit barbam sepius causa lasciuie et uanitatis. Si ad ostentationem et inanem gloriam uel supbiam habuit superfluum ornatum et apparatum in equis. sellis. frenis: aut utensilibus domus: ut ciphis. lectis & aliis rebus: et supellectilibus ornatis: aut si aliis ornamẽtis usus ẽ preter hoẽstam cõsuetudinẽ et decentẽ sibi et sibi similibus: uel si ad huiusmõi ĩanẽ gloriã domũ uel camerã depingi fecit stellis uel rosis: aut aliis uariis et mundaĩs historiis: uel ĩhonestis picturis et huiusmõi: quod mortale uidetur.

De ĩmodestia mulierꝝ

DE ornatu supfluo et inhonesto etiam ĩterrogãde sunt mulieres. s. de ornatu fucorum. capillature: gemmarum. uestium preciosarum et de foderaturis et caudis earum: et planellis nimis altis: et pictis: quibus frequẽter utuntur mulieres italice: et coronis aut balciis capitum et huiusmodi: in quibus aliquãdo est mortale et aliquando ueniale. si usa est fucis et aliis ornatibus ad ostẽtationem et inanem gloriam sui: et si de huiusmodi superbiuit. uel gloriata est: quia mortale est: si tã

ĩmoderatam delectatioēm habuit ad laudem et gloriā illam: ꝙ nō curauit trāsgredi mandata dei et ecclesie. Si usa est fucis et aliis ornatibus ad inducendum uiros ad sui concupiscentiā extra matrimonium: qa est mortale indubitanter. Si ob lasciuiam uel ad placendum aspectibus uiroꝝ aut ad contemptum depillauit collū aut supercilia aut barbam uel frōtem: quia mortale est: nisi id faceret ad uitandam nimiam deformitatem: ut non despiciatur a suo legitimo uiro. Si adhibuit nimiā diligentiam et studium et tempus ad ornādum se. Vel si fecit excessum ĩ portatura uestium ultra suum statū uel condicionem uel non secundum morem patrie: uel usa est uestibus nimis mollibus et delicatis: qa peccatū est. et si inordinate delectatur in huismōi ita ꝙ etiam si sciret hoīes ex huiusmōi suo ornatu scādalizari idest trahi ad sui cōcupiscentiam: non curaret de ruina proximi: quia mortale est. Si ex lasciuia et uanitate mulier est usa ueste uirili: mortale uidetur esse. Si mulier se colorauit uel aliud figmentum adhibuit ad apparentem pulchritudinem si fit propter lasciuiā uel ad trahendū alios ad sui concupiscentiam: quia mortale est: si tamē aliquam turpitudinem aut maculam aliquam et huiusmōi ex ĩfirmitate aliqua uel alia causa superueīente delere uel occultare conaretur: non esset peccatum. Si ad complacendum uiro suo: uel ad reperiendum uirū: si est innupta: uel ne despiciatur ab aliis uel ex aliqua leuitate usa est fucis: uel aliis ornamentis superfluis: nō

est de se peccatum mortale: sed potius ueniale: nisi sit notabilis excessus i huiusmodi: q possit iudicari de occasione data ruine aliorum: et non accepta: quod tamé difficile est iudicare. Si choream duxit aut corizauit: et qua intentione: et cum quibus: et quo loco et tempor: et si cantilenas cantauit: et precipue turpes: et qua intétione: et coram quibus.

De hypocrisi

Si simulauit sanctitatem hére per ieiunium. orōnem. et huiusmōi: cum malus esset: uel si hoc egit ad consequendam laudem humanam constituens ibi finem: quia mortale est. alias ueniale: nisi aliud uicium adiungatur. Si simulauit sanctitatem intendens p hoc aliqd facer: quod sit cōtra honorem dei: uel utilitatem proximi: ut uidelicet ex hoc possit adipisci scilicet īdignus aliquā dignitatem: uel officium: aut beneficium: uel ut ex hoc decipeř possit proximum spiritualiter uel temporaliter quia mortale est. Si simulauit sanctitaté cum esset malus: ut darentur ei elemosine sicut sancto uiro uel procuratoribus ecclesiarum: ut cerritanis et similibus: qa mortaliter peccauit. Si simulauit maiorem sanctitatem q̄ habuit uel occultauit aliquem defectum suum et ad edificationem proximorum: non est peccatum: uel leue ueniale. si tamen hoc facit ob aliqualem uanitatem uel uanam gloriam ueniale est. Si laudauit se ipsum de aliquo opere peccati: quia mortale est.

De iactantia.

SI laudauit se ipsum de aliquo peccato mortali:

moraliter peccauit. si de ueniali ueīaliter: quantum est de se. Si iactauit se de aliquo ope bono. scilicet de uirtute. scientia. industria uel diuitiis: aut potentiis et huiusmodi ex superbia et inanigloria: mortale est uel ueniale secundum radicem ipsius superbie uel īanis glīe: unde procedit. Si laudauit se contemnendo alios: ut phariseus publicanum: mortale uidetur. si autem ex aliqua leuitate uel utilitate consequenda ueniale uel nullū est. Si se laudauit mēdaciter de malo uel bono: quod nō fecit: uel de eo quod nō habuit: uel quod nō fuit propter superbiam et inanem gloriam: potest esse mortale uel ueniale. Si uilificauit se uerbis uel factis: plus q̄ sentiat in seipso in mente dicens aliqua mala de seipso: que in se nō recognoscit: comuniter ueīale est: et dicitur iroīa.

De cōtentōe.

SI contendit aduersus aliquem scienter contra ueritatē ī rebus alicuius īportantie: mortale ē. secus si in rebus paruis et inaduertenter Si contendit pro ueritate et nimis īordiāte: comuniter est ueīale. posset tamen tanta esse inordinatio: ꝙ ratione scandali consequentis esset mortale.

De discordia.

SI habens tractarē aliqua cum aliquibus in his que sunt ad dei honorem et proximi utilitatem: discordiā habuit et fecit: et quia male afficitur ad eos: cum qbus tractauit: uel ut eis ostendat se non minus scire: sed tantum quantum ipsi: quia mortale est. secus autem

ipsi: quia mortale est. secus autem si idcirco discordat: quia uidetur sibi magis secundum deum et rationem: quod ipse ītēdit: q̄ quod alii. et tunc uel nō est peccatū uel leue: nisi tamen esset nimis pertiāx. De ptiācia.

SI fuit nimis pertinax in sententiis suis discrepans a cōi iudicio ceteroꝝ: cōmuniter est ueniale: nisi esset periculosum et inductiuum erroris. Si excusauit uel defendit peccatum commissum tanq̄ benefactum: et si scienter: quia mortale est.

De sīgularitate siue presūptōe nouitatum.

SI fecit singularitates in conuersatione uite. uel ī uestibus. uel ī cerimoniis: uel aliis adīuentōibus: peccatum est. Et si adinuenit aliquam malam consuetudinem: omnia mala exinde sequentia ei īputantur.

De secundo peccato mortali et speciebus et filiabus eius .c.xxiiii.

DE īuidia que est secundum peccatum mortale. Et est tristicia de alieno bono. In quātum est diminitiuum proprie excellentie: et si fit cum cōsensu rationis: est mortale: nisi esset de aliqua re parua: sicut puer inuidet alteri puero: qa plures habet fructus et huiusmodi. Sed si fit secundum motum sēsualitatis: & cū displicētia rōis est ueīale uel nullum etiā de re notabili. Est ergo interrogādus peītens secundum statum suum de huiusmodi uidelicet. Si prelatus alteri inuidit de maiori prelatōe & dignitate: si officialis de digniori

et meliori officio: si doctor de maiori scia uel cocursu: si scolaris de acutiori igenio alterius: si curialis de maiori acceptatione coram: domio: si mercator de maiori credito: si nobilis de maiori honore et reputatione: si spiritualis de maiori deuotione reputatione uel fama: si uicinus de maiori honore uel familia uel diuitiis: si mulier de maiori ornatu uel pulchritudine: aut de marito uel filiis et huiusmoi: si artifex de artificiis uel de maiori lucro et sic de aliis: quia totum est inuidia et peccatu mortale. Si tamen quis dolet de bonis proximi non ex eo q ille heat ea: sed de defectu suo: q. s. ipse eis caret. est tamen contentus proximu illa habere: non est inuidia. Similiter etia si dolet de bono inimici ex hoc solum: quia timet sibi ex hoc nocumentum uenire: non proprie ptinet ad inuidia.

De odio.

ODiu est filia procedens ex iuidia. unde iterrogadum est. Si habuit odium ad deum: qa flagellauit eum infirmitate: uel penuria: aut aliquo simili: uel quia ipediuit eius mala desideria: uel propter aliam causam quia mortale est. Si habuit odium ad proximum desiderans malum eius siue spirituale siue teporale uel gaudens de malo illius: & si est malum notabile: quod ipse appetit roe deliberata: mortale est: siue malum sit i persoa uel in fama uel i substantia: uel alio mo. secus aut si no cosentit ratio: uel si no multum damnosum malum appetat. Si doluit ex eo q inimicus eius no sustinet aduersa: sed prospera eius semp uidit. Si autem

desiderauit malum alteri: puta infirmitatem in bonū eis: ut bonus propter hoc efficiatur: uel ne aliis noceat: nō est odium. Item interrogandum est hic et īuestigādum caute. Nam laici omnem displicentiam solent appellare odiū: quod tamen nō est: nisi modo iā dicto. Itē odium quod habent cōtra unū: reputant tm̄ unum peccatum: sed nota ꝙ sicut in aliis: sic et in illo quotiēs reuocādo īiuriam mēte de nouo odium habuit ad illū cum cōsensu rōnis: totiens peccauit mortaliter. et ideo interrogandum est de tempore ī quo odium ī eo perseuerauit: et quomō frequenter odiuit. Item nota ꝙ non oportet: immo nō debet illi petere ueīam de huiusmōi odio mentali: nisi odisset illum uerbis aut aliis modis ab extra qa tunc tenetur ueniā petere.

De susurratōe.

DE susurratōe: que est ponere discensionem propter malā intentōem inter amicos uel cōsanguineos de uno dicēs mala alteri. et ecōtra: uel referēs studiose: que possunt odium causare et huiusmodi: quia mortale est: ut frequenter solet facerē nurus cōtra socrum et ecōtra. Si tamen dixit aliqua unde orta est dissensio inter amicos et cōsanguineos nō hoc ītendens: sed qa īcaute locutus est: de se nō est mortale: sed potest esse rōe scādali. Si qs tm̄ ītendit malā aīciciā uel conuersatōem alicuius cū aliquo: ne alius decipiatur cōgtuis mōis non est malum.

De exultatōe ī aduersis proximi.

SI uidens mala et damna fieri his:quibus inuidet: uel ad quos odium hēt:letatur deliberato aīo de malo illoꝝ:est mortale.secus si nō deliberato animo letatur:aut de malo inimici : non in quantum malum ē: sed ī quātum nō poterit ei nocerē:pōt esse sine peccato.

De tristicia in prosperis proximi.

TRisticia in prosperis proximi differt ab inuidia in hoc:quia īuidia tristatur de bono proximi:et propter hoc cogitat et desiderat qūo mala habeat:sed cōtingit sepe ꝙ nō patitur ille damna:que ei appetit:sed magis prospera sibi contingunt:et de hoc tunc amplius tristatur:et est mortale: si tamen fit cum consensu rationis. De detractione etiam filia inuidie habes supra in capitulo de octauo precepto.

De tertio peccato mortali.s.ira necnō speciebus et filiabus eius. .c.xxv.

IRa est appetitus uindicte et uicium capitale: quod frequēter ministratur cū odio .Vnde interrogandū est de ea:ut sequitur . Si uidelicet propter aliquem defectū in se uel in alterum commissum desiderauit uindictam seu punitionem alicuius quomodocunqꝫ uel a se uel a deo uel ab alio solum intendens satisfacere animo suo irato:mortale est:et hoc quando intendit istam punitōem absqꝫ ordine rationis:et etiā si notabile malum intendat cum consensu ratōnis : qa alias ueniale esset:ut est ira patrisfamilias in gubernāda familia sua:nisi tamen illa fieret modo prescripto.

Si iratus cõtra seipsũ propter aliquẽ defectũ turbatur cõtra se: quia ueniale est: Si iratus contra deum propter aliquod flagellum murmurat corde uel ore impatiẽter ferens: quia potest esse mortale et ueniale secundum modum impatientie.

De indignatiõe.

SI indignatus est contra aliquem non ualens eum uidere uel audire reputans indignum: quod illi displicuit: cum potius deberet sibi seruire: quod ueniale est cõmuniter: et si propter hoc retinet sibi loquelam et per alia signa ostendit sibi displicentiam: que auferenda sunt ad tollendum scandalum proximorum: et opinionem odii. Si petenti ueniam: et parato satisfacere de iniuria: nõ dimittit uel reconciliatur: quia mortale est.

De tumore mentis.

SI excogitauit diuersas uias et modos ad uindicãdũ se de iniuria: et his ĩpleuit mentẽ cum cogitationibus altercatiuis: quia secundum processum potest esse mortale et ueniale.

De clamore.

SI ex ira clamauit contra aliquem inordinate et confuse et furiose loquendo ueniale est cõmuĩter: si tamen expressam sibi dixerit iniuriam propter quã scandalizari posset mortale esset:

De contumelia.

SI dixit alteri uerba iniuriosa importantia uicia uel opprobria aĩo iniuriandi: ut uocando aliquem furem: aut proditorem: uel alias inhonestam personam aut dicendo huiusmodi mala uel alia de parẽtibus suis:

quia mortale est. Si dixit uerba opprobriosa failie sue uel discipulis uel subditis suis causa correctionis: si fit debito mō et honeste: est sine peccato. alias cōmuniter est ueniale: nisi tamē infamatoria diceret: Vnde sequeretur magnum scandalum: quia tunc esset mortale.

De blasphemia.

SI blasphemauit aliquem animo deliberato: ut percuteretur uel castigaretur: in hoc tali maledicto in malum eius: esset mortale: nisi hoc affectaret ad emendationem si autem hoc non desiderauit secundum rationem: sed secundum subitum motum ire: quod tamen si cōtingeret ualde doleret: sic est ueniale: et cōmuīter fit a parentibus erga filios: cū ex ira subita quandoq; male dicunt ipsis: quod tamen corde non uellent. Si maledixit annum uel diem aut horam natiuitatis sue: uel matrimonialis coniunctōis uel huiusmōi animo deliberato: mortale uidetur. si tamē ex solo primo motu ire hoc fecit ē ueniale. Si maledixit creaturis irrationabilibus: et hoc fecit ī detestationem creatoris uel in damnum domini eorum est mortale. alias esset ueīale: et ociosum. Si blasphemauit animas defunctorꝝ suorum parentum uel aliorum hominum: uidetur mortale: quia uidetur ītendere notabile damnum uel malū: et hoc idem cum sibi ipsi maledicit ex impatientia. Si blasphemauit diabolum: malū est: quia ociosum saltē. De maledictione dei et sanctorum dictum est supra in secundo precepto.

De rixa.

DE rixa que fit cum homines ex ira se inuicem percutiunt: etiam interrogandum est. Nam que fit animo nocēdi uel iniuriandi: ut in adultis: est mortale: et īcipiente: Idem in prosequente si fit animo uīdicandi. secus si fiat animo defēdendi se tantum: uel ad exercitium ut pueri faciūt. De sediciōe.

SEdicio est quādo una pars ciuitatis īsurgit cōtra aliam: et ex parte eius: qui iniuste mouit: est mortale: et in omnibus sequentibus eum: et tenētur de omnibus damnis inde secutis alteri parti. Ex parte autē eius: q resistit iniuste sediciōi mote contra se uel cōtra bonum cōmune ciuitatis: nō est secundum se peccatū: nisi misceantur odia: et uindicationes: quod frequenter accidit in huiusmōi. Quando etiam ex resistentia sequerentur alteri parti multa pericula et mala cedendū esset per partem resistentem sic: quia alias nō euaderet multa peccata: que in conflictu partium sequerentur. Si quis est etiam ita partialis et ita obstinatus animo: uel taliter partialis: ꝙ appetat exterminium alterius partis. exiliū uel damnū per fas uel nefas paratus etiam in malis sequi partem suam: ut sunt in italia guelfus & gibellinus: nō est sine peccato mortali: et ī malo statu. Similiter si ex hoc uel alias īiuste opā dedit ad expellendū aliquē: uel īpediuit ne possit reuerti. De hoīcidio etiam filia ire dictum est supra in quinto precepto.

De quarto peccato mortali. s.
accidia et spēbus & filiabus eius. .c. xxvi.

ACcidia est quartum peccatum capitale et importat tediũ bñ operãdi. Vnde ĩterrogandũ ẽ de ea. Si ita accidiosus et attediatus ẽ: ꝙ hũit ĩ horrore bona diuina et in abhominatione spiritualia et opera bona ad que tenetur: ut precepta dei et ecclesie et hoc cum consensu rationis: quia mortale est. si tamen habet tales motus secũdum sensualitatem cum tamen displicentia rationis: est ueniale. Si ita contristatus ẽ de morte consanguinei uel alio casu: ꝙ penitet eum bñfecisse: uel propoĩt amplius nõ benefacere: uel dimittit aliqua necessaria ad salutem: ut audire missã et huiusmodi: quia est mortale. Si ita contristatus est: ꝙ uellet se nunꝗ fuisse creatum uel natum in mũdo: uel ꝙ esset animal brutum: uel ꝙ uellet mori quomodocunq; etiã siue male siue bñ: dummodo hinc exiret: talis tristicia secundum consensum rationis mortale est. Si esset ita contristatus de casu aduerso: ꝙ incurreret in grauem ĩfirmitatem propter nimiã tristiciam perdens somnũ: aut dimittens cibum et huiusmoĩ: uidetur mortale qñ potest se iuuare in huiusmodi. Si contristatur ex consideratione bonoꝝ: que habent aliq: et quibus ipse caret uilipẽdens dona sibi data a deo et ĩde sumens tedium bene operandi: ꝙ est mortale secundum sub et supra: et reperitur in personis spiritualibus. Si ex lapsu in peccatum ita cõtristatur: ꝙ incurrit tedium bene operãdi et quasi diffidentiam. Si contristatur ex hoc ꝙ bona proposita que facit: sepe frangit ex hoc incurrens tediũ

bene operandi quasi sibi non uideatur posse proficere: accidia est et reperitur in spiritualibus deo seruire incipientibus. Si attediatur ex frequentia tentationum ueniale est: si tamen ipsis resistit: quod etiam incipientibus deo seruire contingit. Si attediatur in operibus bonis: ut in orando. legendo. audiendo lectionem uel missam uel predicationem uel dicendo officium et huiusmodi: nō tamē dimittit de necessitate fienda: quod cōmuīter est ueīale: et repitur hoc in spūalibus. Si in officiis suis cōmittēs defectus sumpsit nimiam tristiciam respectu confusionis humane: accidia est et ueniale: et ex supbia procedens. Si de peccatis suis doluit magis respectu humane uerecūdie: q̄ diuine offense: similiter accidia est ex superbia procedens: et potest esse ueniale cōmuīter.

De filiabus accidie.

DE filiabus accidie qnq; est difficile cognoscer̄ an sit mortale: nisi cum miscentur cum aliquo peccato noto & contra precepta: uel ubi preceptum aliquod deprimant.

De desperatiōe.

SI desperauit de misericordia dei estimans deum nō posse uel nolle sibi indulgere uel parcere etiā ueīenti ad penitentiam: uel nō posse abstiner̄ a peccato cum adiutorio dei: mortale est: si fit cum deliberatōne consensus. secus si secundum aliquem pulsū tentatōis. Si desperauit se nō posse euadere aliquas miserias mūdanas uel pericula propter que decreuit se occidere: aut aliquod aliud malū facere: quia mortale est: et si aliqd

huiusmōi opatus ē uel īcepit: peius ē et multo grauius. Si contempsit diuina bona et spūalia ex tristicia aggrauante mentē mixta cum accidia: est mortale. Si aūt contemneret & refugeret ea per que posset uitare peccatū: qa tunc pertinet ad blasphemiam in spiritū sctm̄ que habet sex species. que sunt presumptio. desperatio. īuidentia fraterne gratie. impugnatio ueritatis agnite. obstīatio et finalis impeītentia. De his īterroga prout expedire uidetur: quia cōmuniter nō cōmittuntur huiusmodi nisi a multum sceleratis.

De presūptione.

PResumptio dicitur cum qs nimis presumit de dei misericordia estimans ꝙ parcat sibi ad placitum suum: uel ꝙ saluet eum perseuerantem in peccato. De desperatione dictum est hic proxime supra.

De impugnatōne ueritatis agnite.

IMpugnatio ueritatis agnite dicitur: cum quis cōtradicit ueritati: quā tn̄ bn̄ nouit: et maxīe circa ea que sunt fidei.

De obstinatōe.

OBstinatio dicitur cum quis firmat se in propoīto peccandi.

De īuidentia frīne gratie.

INuidentia fraterne grē est contra caritatem dei ī q̄tū dolet de eo: quod deus ē boūs: & ex boītate sua dat grām: et est cōtra caritatem proximi.

De impenitētia finali.

IMpeītētia fīalis dr̄: cū qs proponit se nūq̄ cōfiteri uelle uel peītere aut nūq̄ reuersurꝫ ad peītentiā.

DE rãcore ẽt filia accidie ẽ ĩter-rogãdũ. si uidelicet hũit in displicẽtiã uel tediũ correctiões: et ẽt corrigẽtes eũ: ueĩale ẽ: nisi illos odiret: qa tũc fieret odiũ et mortale. De rãcore.

De pusilanimitate.

SI subtraxit se ab his boĩs ad que erat aptus ex ti-more deficiẽdi: ut a ieiuniis. ab ĩgressu religioĩs. a prelatione iniuncta. ab officio predicatoĩs. ab audiẽtia confessionis et huiusmodi: quia cõmuniter est ueniale: nisi eẽt preceptũ ĩ eo ꝙ dimittitur.

De ociositate.

SI stetit ociosus nil boni spiritualis uel temporalis operans. Vnde tpũs amisit irrecupabile ueĩale ẽ: ut uidetur: nisi ex ocio addatur aliquod uiciũ: quod fre-quẽter accidit. Vnde etiã ĩterrogandũ ẽ quãto tempoꝛ̃ stetit ociosus.

De torpore seu pigricia

SI fuit piger & tardus ad bñ opãdũ: q̃uis tñ fecit: ut uidelic& tarde ueĩt ad ecclĩam. tarde dedit elemosi-nã & siliã: qa coĩter ẽ ueĩale: nisi tñ ex illa tarditate omitteret aliq̇ preceptoꝝ: ut qa nõ subueĩt patiẽti ex-tremã necessitatẽ: cũ tenetur: aut ĩfirmo: ex quo seqtur mors & huiumõi: qa tũc ẽ morale.

De euagatõe m̃tis.

SI hũit distractõem m̃tis: uel si uolũtarie uagatur ĩ audiẽdo diuĩa cogitãdo ĩterĩ uana & ĩutilia: qa coĩter ẽ ueĩale: nisi addatur aliq̇ speciale peccatũ: uel si ꝑmittit eas durarĩ ꝑ totũ officiũ: ad quod obligatur ex precepto. Si loquitur inutilia ex tedio uel audit noua uel mutat loca hinc inde uel distrahit sensus uel mẽbra diuersimode: quia est ueniale communiter.

De negligentia.

De negligentia que est remissio uoluntatis circa ea que debet facere: que etiã potest dici tepiditas. In hoc quotidie ões offendimus: sed ẽ ueniale: nisi omittatur aliquod necessarium. Si fuit negligens circa opera misericordie spiritualia: que continentur in hoc uersu. Consule. castiga. dimitte. solare fer. ora. Et nota q̃ sub cõsilio cõprehenditur doctrina idest docere ignorantẽ precipue utilia ad salutẽ. Si fuit negligẽs ad addiscendũ necessaria ad salutem: ut precepta dei et ecclesie gñalia: quia in huiusmõi ignorãtia nõ excusatur uel ad eundũ ad predicationem uel ad missam audiendã uel similia. Primo modo ẽ mortale. secũdo modo ueniale. Vtile enĩ est idiotis et laicis ualde ire ad predicationem. Si fuit negligens in audiendo diuiuũ officiũ: uel predicationẽ: ut ibidẽ dormiendo uel loquendo aut alia cogitando: uel curiose querẽdo audir̃ aut de predicatore murmurãdo. Si fuit negligẽs ad procurandũ sacramẽta sibi et faĩlie sue: ut si ex negligentia mortua est proles sine batismo uel huiusmõi: quia mortale est. Si infirmus mortuus est sine confessione et communione uel extrema unctione: et cũ ex negligẽtia crassa hoc processit: mortale uidetur: uel graue ueniale: secundum quod ipse plus uel minus indigebat. Si negligens fuit ad recipiendum sacramentũ confirmationis pro se et familia sua. Si nõ confirmatus tenuit alium ad confirmationem. Si iterato fecisset se confirmari uel recepisset iterato ordinem semel receptũ

et si sciēter hoc fieret: mortale ē et cōtrahitur irregularitas ī suscipiēte. Si fuit negligēs ad correctionē fraternā cū ad eā tenetur. uidelicet de occulto peccato et mortali: & spabat emēdationē eius: qa tunc esset mortale ipsā omittendo: aut ueniale eām retardādo: uel si omisit de his: que nō sunt mortalia. Si nō seruauit ordinē debitū in fraterna correctione: ut uidelicet nimis aspere uel in tempore uel loco īdebito: quia peccatum est.

De negligentia confessionis.

SI omisit ad minus semel in anno confiteri uel ex negligentia uel ex ignorātia. secus si ex īpotentia scilicet quia non habuit copiam cōfessoris. Si etiā non suppleuit defectum: cum potuit: mortale est. Et si suam familiam ad hoc quātum potuit: non īduxit. Si recolēs aliquod mortale commissum non habuit contritionem et propositum confitendi tempore suo: sed fuit cōtentus se illud cōmisisse uel si penituit eum nō cōmisisse aliq̄ peccatum mortale quod sibi uidetur iam potuisse committere: et si consensit in hoc mortaliter peccauit. Si faciens confessionem scienter dimisit aliquod mortale: peccauit mortaliter: et tenetur reiterare totā cōfessionē. Si dixit se esse cōtrictum de oībus peccatis et dispositū ad abstinendum et satisfaciendum: cū hoc nō ītenderet mortaliter peccauit: et tenetur reiterare cōfessionem. Si penitentiā sibi iniunctā pro mortalibus ex negligentia omisit mortaliter peccauit et tenetur reiterare cōfessionem si est ipsius oblitus. Si ad cōfessorem simplicem et

grossum accessit:et īsufficientem eum cognoscens cum tamen haberet casus difficiles:quia tenetur iterum cōfiteri alteri magis perito et sufficienti: Vel si confessus est in excōicatione maiori existēs etiā si ipse nesciuit et suus cōfessor: qa nō fuit absolutus a peccatis: et debet iterum cōfiteri: qa nō fuit tunc capax absolutiōis. Si scienter confessus est ei: quem nouit excōicatum uel suspensum uel non habentem auctoritatem. puta quia symoniace recepit beneficiū: uel quia intrusus est p laicā potestatē peccauit mortaliter: et tenetur reiterare confessionem.

De negligentia communionis.

SI omisit coīcare semel in anno .s. in pasca et hoc post ānos discretiōis peccauit mortaliter:nisi fuisset legiptime īpeditus ut qa alteratus stoāco uel excōicatus querens tamen absolutionē uel de licentia proprii sacerdotis uel confessoris per aliquos dies differret. In huiusmodi tamen casibus debet supplere defectus q̄ cito poterit. Si cōicauit non ieiunus.ita.s.quod post mediū noctis aliquod sumpsit cibi uel potus: quia mortaliter peccauit:nisi esset grauiter infirmus quia tunc licet. Si cōmunionē sumpsit cum staret in proposito perpetrādi aliquod mortale:quia mortaliter peccauit.Si non cōfessus de aliquo mortali cōmisso uel aduertēter ex uerecūdia uel inaduertenter ex īdiscretione aut indiscussione cōscientie uel ex ignorantia crassa uel suppina sumpsit communionem:quia peccauit mortaliter.Et nota quod si qs omittit cōmunionē tempore statuto:conari debet

confessor:ut inducat illũ ad supplendum defectum:nisi sit omĩno indispositus. Item cum reperit aliquẽ debitũ uiciis turpibus usq; ad finẽ q̃dragesime tantũ uidetur ut nõ subito admittat talem ad cõionem: sed prolũget sibi tp̄us p aliquas ebdomodas. De aliis defectibus circa cõionẽ uide infra in tertia parte in.c. de clericis. Interrogandum est etiã hic si participauit cum aliquo in crĩe propter quod crimen ille erat excõicatus.puta excõicatus est quia uerberauit clericũ uel etiã cũ aliqs clericus subiicit se alicui laico uerberãdum ad placandũ ipsum de iniuria illata: clericus ille efficitur excõicatus quia participauit ĩ crimine cum uerberante propter quod ille est excõicatus. ut extra.de sen. Si concubine.et est mortale. Si existẽs ĩ excõicatione maiori scienter participauit in diuinis audiendis in ecclesia aut in sacramentis percipiendis:quia peccauit mortaliter. Si etiam existens excõicatus maiori excõicatione scienter participauit cum aliis fidelibus etiam extra diuina precipue in his: que continentur in hoc uersu.os.orare: uale communio. mensa.negata:et si hoc fecit ex contẽptu uel cõtra prohibitionẽ superioris:peccauit mortaliter. Alias ueĩaliter similiter et ille cũ quo participauit si sciuit eũ excõicatum quia ille similiter etiã efficitur excõicatus maiori excõicatione a qua tamen potest absoluere oĩs q eum potest audire. Excipiũtur etiã qnq; casus ĩ quibus licet participare cum excõicatis: qui cõtinẽtur in hoc uersu. Vtile.lex.humile.res ignorata. necesse. Declarationẽ tñ

istius uersus et alterius paulo supra uide ī q̄rta p̄te sūme.

De quinto peccato mortali.s.auaritia et Speciebus et filiabus eius. .c. xxvii.

AVaritia est inordinatus appetitus habendi. Et cōsistit ī tribus.s.iniuste acquirēdo . tenaciter retinēdo. et inordinate amando. De his tribus ergo et filiabus et speciebus eius est īterrogādū ut sequitur. et primo de primo modo uidelicet de īiusta acq̄sitione dictum est supra in.c.de septimo precepto: restant tn̄ aliqua de q̄bus nūc dicendū ē. De symonia.

DE symonia que uersatur circa spiritualia: et semp est mortale peccatū et in omni casu eius pecunia recepta per eā restitui debet: nō tn̄ ei qui eam dedit sed pauperibus debet erogari . et hoc de necessitate uel illi ecclesie in cuius iniuria data est. Si dedit pecuniam uel aliquid q̄ precio potest estimari pro habendo aliquo sacramento: ut est batismus. eucharistia. bn̄ditio nuptiaꝝ et huiusmōi: et fecit hoc quasi daret premiū illius: cuius signum esse potest: si pactū fecit cum dante huiusmodi sacramēta: quia symonia est et mortale. Idē presumitur quando negatur sacramentum: si nō detur pecunia nec excusat consuetudo . secus est si dat aliquid secundum bn̄placitum suum gratis: et ut elemosinam non coactus aut exactus sed sponte ad conseruandū consuetudinem quam tamen si seruare nollet: non esset cogendus: neque sacram̄ta ei denegāda. Si emit uel uēdidit aliq̄ capellā uel aliū locū in ecclīa: q̄a symoīa est. Si emit uel uēdidit

ſepulturã ecclĩe uel ſepulcrũ:ubi ponatur cadauer eius: quia ſymoniam cõmiſit. Si emit uel uendidit ius patronatus alicuius ecclĩe uel capelle:quia ſymoniã cõmiſit. Si patronus alicuius eccleſie uel capelle aut altaris uel alterius bñficii pro pecunia elegit et pñtauit ĩſtituendum in eccleſia ſua:quia ſymoniã cõmiſit. Si porrexit preces carnales. i. pro indigno aliquo ordinãdo uel promouendo aut bñficiando quia ſymoniã cõmiſit: et hoc ſi ſciuit ipſum indignũ. Et ſi prelatus ratiõe huiuſmõi preciũ uel precio eũ admiſit:ſimiliter ſymoniã cõmiſit Si fuit mediator ad procurandũ alteri aliq̃ ſpirituale beneficiũ uel ordinẽ et huiuſmõi pro aliquo temporali qa ſymoniã cõmiſit. Si cõduxit aliquẽ ad predicandũ cum pactione pecunie uel intentione lucri: ſymoniam cõmiſit:et ſimiliter predicator qui hoc mõ acceptauit. Si filium aut filiã aut aliũ miſit in monaſteriũ pactiõe facta pro certa q̃titate danda pro ingreſſu monaſterii: ſymoniã cõmiſit. Et ſimiliter religioſi recipientes hanc pecuniã. De quibuſdã aliis ſymoniis clericoꝝ uide infra in tertia parte in capitulo de clericis. Et de iſta materia habes plene in ſũma in ſecunda parte. ti. i. per totum.

De prodictione.

SI prodidit ciuitatẽ aliquã aut caſtrũ inimicis: qa ultra mortale tenetur de oĩ dãno inde ſecuto. Idẽ ſi prodidit res alterius ĩiuſte auferẽtibus:aut etiã pſonã eius. Si prodidit ſecreta alicuius iniuſte:quia ultra mortale tenetur ſatiſfacere de dãnis inde ſequẽtibus. ſecus

ſi ſecreta iniqua et coniurationes et tractatus contra ciuitatē uel cōe bonū uel ſi nocumēta perſonaꝝ īiuſta manifeſtat: qa tunc bn̄facit et facere tenetur. Si recepit aliquid ſub ſigillo confeſſionis etiā nō ī confeſſione: ſi reuellat illud peccat mortaliter: niſi illud eſſet quid iniquū: cui poſſet obuiarī maīfeſtando. et ſi de hoc ꝑpendit qn̄ promiſit: peccauit mortaliter: ſed nō debet tenere ſecretū: quia tunc etiā peccaret. Si legit alterius litteras clauſas uidetur mortale: niſi poneret ſpem in rati habitione mittentis uel eius cui mittuntur.

De acceptatione perſonarum

SI acceptauit perſonā in iudicio ut. ſ. magis audiat unā partē q̄ alterā: uel credat uni magis quā alteri non ſeruato ordine iuris: uel magis declinet ad unam partē: q̄ ad aliā ratione auaritie quia forte ſperat lucrū aliqꝫ ab ea recepturū et huiuſmōi: mortale poteſt eſſe ſecundum circūſtantias ſub et ſupra. Si in diſtribuendis bn̄ficiis uel officiis eccleſiaſticis uel ſpūalibus admittit īdignos et malos: peccat mortaliter: et tenetur de dānis īde ſecuturis. Si ī faciendis cedulis: que uulgariter dicūtur ſcrutinea ſciēter admittit indignū: uel qui prohibet admitti ſeu excludit indignū: peccat mortaliter. Si in diſtribuēdis honoribus uel in ponēdis collectis ciuitatis ſciēter grauat aliquē ultra debitum uel alleuiat peccat mortaliter: et ſi ſolum ex eius determinatōe fieret talis diſtributio: teneretur ad ſatiſfactionē de dāno. ſecus aūt ſi plures alii imponūt cū eo. Si cum haberet diſtribuere

elemosinas alicuius societatis uel testamẽti huiusmodi nõ fideliter distribuit:et si dedisset nõ ĩdigẽtibus:ultra mortale teneretur ad restitutionẽ. De turpi lucro.

SI iudex accipit pecuniã ab aliquo ut iudicaret:aut nõ iudicaret aut bene pro eo iudicaret:aut iniuste iudicaret:peccat mortaliter .et tenetur illam restituere dãti nisi ille dedisset ut male iudicaret:qa tunc tenetur dare pauperibus. Idem de teste:qui pro testiõnio ferẽdo pecuniã uel aliqd accepit qa ultra mortale etiã tenetur restituere. Si fecit ĩstrumẽtũ ĩ fraudẽ usurarꝫ ut notarii quia peccat mortaliter et mercedẽ q̃ accepit debet pauperibus erogare. Si seruiuit usurario ĩ arte usuraria:quia peccauit mortaliter. Et si oĩa boã usurarii essẽt obligata restitutiõi:nõ posset obtinere salarium:sed restituere creditoribus usurarii alias autem potest:sed illud debet pauperibus dar̃ de honestate nõ de necessitate:nisi esset pauper. Si recepit pecuniã pro turpitudine: ut meretrix debet illã pauperibus dare non tñ de necessitate sed secundũ cõsilium . Si qs facit aliq̃ artẽ uel aliqꝫ artificiũ cuius usus est ad mortale:ut facere taxillos et huiusmõi peccat mortaliter : nec debet absolui nisi dispõat se illud dimitter̃. De lucro ĩde recepto debet pauperibus dar̃ nõ ex precepto sed ex cõsilio. Si diebus festiuis emit uel uendidit negociando:nisi forte in nũdinis:uel fecit cõtractus nõ necessarios : uel scripsit uel aliud manuale fecit pro lucro:quia ultra peccatũ debet illud paupibus dare secundũ aliquos: qꝫ tñ uidetur de honestate magis

q̃ de necessitate. Si tempore messis uel uindemiarum emit bladum uel uinum uel fructus : ut alio tempore uendat carius nõ existẽs talis rei cõtinuus negociator: nec propter aliquẽ honestũ finem : nisi solum propter cupiditatẽ & auariciã: quia turpe lucrum est: nec tñ tenetur ĩ aliquo ad restitutionem. Si accepit aliq̃d ad eligendum aliquẽ ad dignitatem aliquam temporalem uel officium seculare. Vel si uẽdidit huiusmõi officia secularia: quia turpe lucrũ est: nec tamen tenetur ad restitutionem.

De ludo inhonesto.

SI lusit ad taxillos uel cartas uel ad aliũ ludũ fortune: si uicit per fraudem. puta cum falsis taxillis uel mẽdaciose: ultra mortale tenetur sic lucratum r̃stituere amittenti: nisi foret quid parum. Si uicit ab eo: qui alienare nõ potuit: ut a seruo uel religioso. aut uxore uel filio familias & huiusmodi: tenetur ad restitutionem his: qui habent curam illarum : & est mortale: si est q̃d notabile & si luditur ex cupiditate acquirendi. Si per multã importunitatem traxit alios ad ludum: qui hoc non intendebant uel retinuit uolentẽ recedere: quia ultra mortale tenetur restituere illi: si tñ est q̃d notabile. Si acquisiuit seu lucratus est huiusmõi in locis: ubi prohibetur ludus: & mãdatur fieri restitutio siue legibus imperialibus siue municipalibus: & seruantur q̃tum ad utrũq3: debet fieri restitutio illi: qui amisit. Secus si leges ille sũt abrogate per contrariam consuetudinem. Consequenter nota ꝙ si uicit per ludum in aliis casibus exceptis predictis : non

tenetur restituere illi: q amisit: quis posset elemosinaliter retinere si esset pauper: sed debet pauperibus erogare secundum aliquos ex consilio secundum alios uero ex necessitate: quod tamen tutius est. non tamen ita oportet tales stringere ad citam restitutionem sicut in furto. usura et huiusmodi.

Nota personas quibus restitui debet quod ab eis lucratur in ludo.

ISte sunt persone quibus indistincte restituendum est: quicquid ab eis lucratum est in ludo alee aut taxillorum uel alio modo secundum Rai. s. furiosi. prodigi. minores uiginti quinque annis et maxime pupilli. filii familias: et uxores: que non habent res paraphernales. administratores rerum ecclesiarum uel pauperum et similes. Item mente capti. surdi. muti. ceci: et qui morbo laborant perpetuo. serui. religiosi et similes. Et nota quod talis pecunia non est simpliciter restituenda illi: qui amisit: nisi esset emendatus et correptus ita: ut crederetur eam ad pios usus expensurus: sed tutori. curatori. domino monasterio. patri. marito. ecclesie. hec in summa confessionum.

De inquietitudine.

SI adhibuit nimiam solicitudinem circa temporalia acquirenda et conseruanda: quod propter hoc dimisit aliquod necessarium ad salutem: ut missam et huiusmodi: quia est mortale. Si non dimisit necessaria ad salutem: sed tamen remissus est in eis aliquantulum propter inquietationem temporalium: quia ueniale est. Si nimiam

sollicitudiēm hūit circa spiritualia ex paruitate cōfi-
dentie auxilii dei: ī se nō ē: mortale: sed uidetur multū
impedimentum deuotionis et alioꝝ bonoꝝ.

Seqtur de secundo mō auaricie:
que consistit in retinendo.

DE auaricia que consistit tenaciter ī retinendo ēt
īterrogandum est. Si uidelicet ita īhumanus fuit:
ꝙ nō fecit elemosinas corporales sūme īdigentibus: cū
posset: uel si nō operatus est opera misericordie corpo-
ralia: que cōtinentur in hoc uersu. Visito. poto. cibo. re-
dimo. tego. colligo. condo. Primum est uisitar̄ īfirmos.
Secundum potare sitientes. Tertium cibare esurientes.
Quartum redimere captiuos. Quuintum colligere et
cōgregare dispersos. Sextum est tegere nudos. Septimū
est cōdere. i. sepellire mortuos. Si habens superflua quo
ad naturam et quo ad decentiam status sui et fam̄ilie sue
non subueīt necessitatibus alioꝝ maxime in extremis.
Si habens superflua quo ad naturam nō tamen quo ad
status decentiā nō subueīt patiētibus extremā necessi-
tatem: quos tamen sciuit et nouit: quia mortale iudica-
tur cōmuīter. Sed hic oportet multa considerare ad bn̄
intelligēdum. Vnde uide de hoc in sūma in secūda pte
ti. i. Si habens unde subuenir̄ possit: non subuenit pau-
peribus etiā nō extremas necessitates patientibus: uel
tardauit ipīs dar̄: uel eos exasperauit: ueīale ē. Si pauit
pauperibus nimis sūptuosa uel delicata: aut etiā nimia
cibaria: uel questuātibus sin̄ cā urgēte: uel male utētibus

elemosinis: quia peccatum uidetur potius q̄ meritum. Si laborātibus pro eo quocūq; ministerio nimis distulit dare mercedem ultra factā conuētōem: cū tamē posset soluere: qa posset esse mortale: maxīe si incurreret graue damnum uel scādalum. Idem si aliqd defraudauit.

De tercio mō auaricie qui consistit ī inordiāte amādo.

DE auaricia ī amando inordinate nota: q̄ si quis res etiam iuste acquisitas ita īordinate amat: ut inhereat eis: quēadmodum fini: cuius signum ē: quādo propter eas nō amittendas paratus esset facere contra aliquod preceptoꝝ: quia mortaliter peccat. et hoc ideo: quia plus diligit creaturam q̄ creatorem. Si autem nullo modo uellet facerē contra salutem suam propter huiusmodi temporalia q̄uis tamen aliqualiter inordinate afficiatur ad ea seu amet ea est ueniale. Et ex his considerari potest: q̄tum peccat: qui res iniuste acquisitas ita inordinate amat: ut supra.

De prodigalitate.

DE prodigalitate que contraria est auaricie: etiam interrogandum est. si uidelicet superflue expēdit suam substantiam: uel in edificiis sumptuosis: uel in equitaturis: uel ī conuiuiis nimis deliciosis aut frequētibus: uel in palestris et ludis: uel in ornamentis et precipue mulierum uel in enceniis: uel histrionibus et huiusmodi. quia peccatum est. Et quando est notabilis excessus secundum proportionem sui status: est mortale.

alias autem in modico est ueniale. Descendere autem ad particularia in determinando quando sit mortale et quando ueniale: non de facili potest dari iudicium certum. Vnde hoc dimitto.

De sexto peccato mortali. s. gula. et spēbus et filiabus eius. .c.xxviii.

GVla est sextum peccatum capitale: et importat inordinatum appetitum seu delectationē circa cibum et potum. Vnde de ipsa nota quinqꝫ modos: q cōtinētur ī hoc uersu. pre. properē. laute. nimis ardēter studiose. Priūs moūs ē pre. uel properē. i. si coēdit uel bibit añ horā debitā uel cōsuetā sñ cā rōabili urgēte. Secūdus laute. i. si usus ē cibis uel potibus nimis lautis & delicatis ultra cōdicionē sui status. Aliter. n. decet comedere īfirmū q̄ sanū: et aliter nobilē q̄ rusticū et sic ulterius. Vel si usus ē cibis uel potibus multū nutritiuis uel calidis prouocātibus ad luxuriā: et si ex hac causa fecit: mortale uidetur. Tertius nimis. i. si comedit uel bibit in nimia q̄titate secundū indigentiā sue cōplexionis. quod enī parꝝ est uni: nimis est alteri q̄nqꝫ. Plus tamen comedere ī die ieiunii: q̄ altera die pro una comstiōe nō ē de se malū. Quartus ardēter. i. si comdit uel bibit nimis ardorē gule uel nimis auide uel uelociter aut rapaciter comedit propter gulam: uel cum nimia cōplacentia cōtentus magis satisfacerē gule: q̄ necessitati prouidere. Quītus studiose. i. si adhibuit uel adhiberi fecit nimiā diligentiā et studium circa cibaria delicata preparāda:

ut uariis saporibus et diuersis modis et huiusmodi. In his omnibus uel etiam aliis speciebus gule tunc est ibi mortale: quãdo delicatio gule queritur ut finis: cum .s. paratus est quis facere contra aliquod preceptorum: ut satisfaciat delectatiõi gule: uel cum comedit usque ad crapulam uel uomitum aduertenter: sicut fit a pluribus in carnispriuio: uel cũ utitur aliquo cibo ex quo uerisimiliter credit incurrere magnã lesionem persone. In aliis aũt caĩbus cõmuĩter est ueĩale.

De ieiunio.

DE ieiunio quod est cõtrariũ gule etiã ĩterrogãdũ ẽ. Si uidelicet dimisit ieiuĩa ecclesie. s. quadragesime uel quatuor tẽporum aut festorum uigilias post uigesimum primũ annum: peccat mortaliter: nisi hẽat cãm eum legitime excusantem: uel saltem estimet se habere: et habeat causam estimandi. Puta cum esset satis debilis. uel sibi uidetur esse propter quod non credit posse ieiunarẽ sine notabili corporis detrimẽto: licet secũdum ueritatẽ possit: talis non uidetur de facili cõdemnãdus de mortali: ex quo erat paratus obedire precepto: si credidisset posse. alias est mortale. et totiens quotiens dimittit aliquem diem ieiunarẽ: quia quelibet dies est sub uno precepto. Sed añ uigesimum primum annum inducendi sunt iuuenes ad ieiunandũ. Itẽ interrogãdum est de numero dierum: per quos dimisit ieiunare et de cã. Si notabiliter anticipauit horam comedẽdi sine causa legitima: qa non est ieiunium: unde mortale. hora autẽ congrua est circa horã nonam: tardare autem post nonã

nō ē uiciū:nisi fieret ex superstitione. Si cū ieiunauit ex statuto ecclīe uel ex uoto uel ex īiunctōe cōfessoris de sero comedit frustum panis uel de pluribus fructibus de uno genere in notabili q̃titate ieiunium frangit. Si alqd de confectōne sumit in parua q̃titate non frāgit: nisi fieret in fraudem.s.ad nutriendum:sed sumendo aliqd fructuum per modum medicine.s.ne uinū diruat stomachum:nō uidetur malum. Potest autem pluries ī die bibeř et non frāgit ieiunium:quia potus ē sequella cibi:nisi fiat in fraudem sicut dictum est De.debilibus.& multum laborātibus.pregnantibus.nutriētibus. ambulantibus pauperibus.et huiusmodi quomō uel qñ excusantur uide ī summa capitulo ieiunium ꝑ totum. Si comedit carnes in quadragesima uel aliis ieiuniis ecclesie uel in sextis feriis aut sabbato per totum annum nisi urgente cā necessitatis uel infirmitatis:qa peccauit mortaliter. Si usus est lacticiniis tempore quadragesimali sine causa īfirmitatis de consilio medici peccauit mortaliter. In aliis ieiuniis ecclesie seruari potest mos patrie quātum ad usū lacticiniorū.qui si non appareat: tutius est abstineř. Si bibit usq; ad ebrietatem aduertēs nimiā potentiam uini ad inebriandum:uel de hoc dubitās probabiliter:peccauit mortaliter.secus si ignorauit potentiam uini sicut Noe. Si fuit causa īebriatōis alterius aduertenter īducendo aliquem ad nimiū potū: uel ponendo sal in uinum & huiusmodi:quia peccauit mortaliter. Si induxit aliquem ad frāgendum ieiuniū

ecclie sine causa legitima suis.persuasioibus:quia peccauit mortaliter. Item si induxit pueros & iuuenculas ad lambacitates tabernas & huiusmoi:ut peruertat eos ad turpia. Si frequetauit tabernas sine ca ratioabili uel couiuia dissoluta:peccatu est. Si abstinuit nimis a cibo et potu et aliis necessariis uite:propter q icurrit ifirmitate:coiter ueiale est:nisi fiat notabilis excessus: ut uidelicet si addatur obstinatio contra admoitiones in huiusmoi defectu:quia tuc uidetur mortale roe periculi inde sequentis.

Seqtur de filiabus gule quarum prima est hebetudo.

SI ex iordinata comestione et potu icurrit obscuritate seu grosiciem intellectus:et ex hoc ineptitudinem ad cosiderandum spiritualia.ad consulendu. orandum. legendum et huiusmodi:quod communiter est ueniale.

De inepta leticia

SI ex inordinatione cibi uel potus nimis fuit leuis et dissolutus risibus.ludis et iocis et aliis leuitatibus corporis:quod communiter est ueniale:nisi addatur aliud uicium.

De choreis

DE choreis que fiunt ut communiter ex inordiata leticia et frequenter cum mortali:etiam interrogandu est. Nam quinq; modis fiunt cum peccato mortali. Primo modo cum fiunt ex libidine. Secundo mo

cũ fiunt a clericis & religiosis cũ mulieribus & hoc rõe scãdali. Tertio cũ fiunt ĩ ecclesiis uel aliis locis sacris: qa sacrilegium est. Quarto cum fiunt ex inani gloria uel uana leticia tã ĩordiãta: quod ibi cõstituitur finis. Quinto qñ tales chorizantes non curant de scandalo proximi etiã mortali. In aliis aũt caĩbus cõmuniter ẽ ueĩale. Poss& tñ qñq; esse mortale ex aliquo accidẽte: nec de facili potest dari de huiusmodi iudicium.

De multiloquio.

SI cũ fuerit ĩpletus: multũ fuit loq̃x: uel dixit uerba ociosa idest sine necessitate uel rõabili utilitate: quod ueĩale ẽ cõmuĩter.

De scurrilitate.

SI fecit actus & gestus ĩmorigeratos: qa si sũt prouocãtes ad libidinẽ. ex. mrĩoniũ: ẽ mortale. Si aũt ad dissolutões & leuitates ut uentositates & huiusmõi: est ueniale.

De immundicia.

IMmundicia põt intelligi: cum qs ĩmunde comedit: et ẽ ueniale precipue si ex hoc cõturbat alios: uel qa uomitũ facit. Et si hoc facit qa nimis comedit: uel ut auidius comedat uel bibat: peccatũ ẽ. Secus si cã mediciẽ. Vel põt intelligi de ĩmundicia polutõis: que cũ accidit in somnis: nõ imputatur ad peccatum: sed peccatum põt esse cã eius. s. si processit ex crapula uel turpi cogitatione precedente: uel ex negligentia: uel ẽt cum post in uigilia recolẽs de immundicia ipã & sõno turpi delectatur. Et si est ibi consensus rationis de huiusmodi delectatõe turpi: est mortale. alias aũt ueĩale

uel nullum. s. si ex alleuiatione nature.

De polutione.

DE immundicia seu polutione procurata nota q̃ si quis aliquid agit hac intentione principaliter: ut polutionem habeat siue uigilãdo siue dormiendo mortaliter peccat: etiam si faciat causa sanitatis. Si autem etiam ipsa polutio cõtingat in uigilia: & preter uoluntatem ac sine procuratione: non est: mortale.

De septimo peccato mortali. s.
luxuria & spẽbus & filiabus eius .c.xxviiii.

LVxuria est septimum uicium capitale. Et quia supra in capitulo de sexto precepto satis dictũ est de speciebus eius in opere ac etiam cogitatione: et hoc in capitulo de nono precepto supra: ideo illis omissis: ad que ibidem recurrendũ est: uidendum est de quibusdam aliis pertinentibus ad ipsam luxuriam et delectationem morosam. Vnde interrogandum est de hoc: ut sequitur. Si uidelicet osculatus est aliquem uel aliquam ex libidĩe et extra coniugium: quia mortaliter peccauit: etiam si nõ sequatur actus turpis: sed si sequatur actus cum huiusmõi: facit unum peccatum: sed tãto grauius quanto plura de huiusmodi concurrunt. Sed si fiunt diuersis temporibus: sunt diuersa peccata. Si scripsit litteram uel misit uel portauit: uel recepit litteras cõtinentes amatoria et prouocatiua ad libidinem: quia mortaliter peccauit hoc aduertens. Si cantauit uel legit uel cum delectatõne audiuit uerba lasciua & turpia

ad prouocandum se uel alios ad lasciuiam: mortale est. Si se sociauit alicui quem nouit euntem ad peccādum: uel turpiter agendum: uel ad faciendum sermotas: uel matinatas: peccauit mortaliter. Si fuit mediator inter aliquos ad huiusmodi turpia: uel posuit aliquos mediatorēs īter se et alios ī huiusmōi: peccauit mortaliter. Si recepit encenium aliquod uel donum quodcunq;: uel misit huiusmodi ex amore libidinoso: mortaliter peccauit.

De delectatōe morosa.

DElectatio morosa repitur ut frequenter ī tepidis: et multum negligētibus. Nam feruidi subito cogitationes expellunt noxias: et feruidis cogitationibus desideriis & operibus acquiescunt. Vnde interrogandū est. Si habuit cogitationes immundas et carnales: in quibus cōtraxit moram: postq̄ ratione perpendit propter delectationem ipsam huiusmodi cogitando: mortaliter peccauit. Non solum enim peccat homo: quando cogitatōnibus luxuriosis ratione cōsentit deliberās malum facere: sed etiam cum non curat ipsas libidinosas cogitationes expellere: postq̄ eas perpendit: sed in eis uoluntarie immoratur: peccat mortaliter.

De filiabus luxurie

DE filiabus luxurie non oportet multum interrogare: quia difficile est intelligere: nisi cū mixtura aliorum uiciorum.

De cecitate mentis.

SI fuit ita mente occupatus circa mundana: quod

nesciuit de deo cogitare uel rebus spiritualibus.

De precipitatione.

SI fuit preceps et subitus in operibus suis sine consilio & examinatione mentis debita agens.

De inconsideratione.

SI fuit in cautus in factis suis: et non bene iudicauit circa occurrentia.

De inconstantia.

SI in eo quod deliberauit bonum agere mutabilis et inconstans fuit ex passione.

De amore sui.

SI nimis seipsum dilexit querendo delectationes corporis commoditates et huiusmodi.

De odio dei.

SI habuit displicentiam in deum uel legem suam: quia prohibet concupiscentias eius.

De amore uite presentis.

SI nimis amauit uitã istã pñtem propter uoluptates carĩs: qbus ẽ deditus. Nã ita amaĩ uitã pñtẽ: ꝙ aliqs uelit hoc perpetuari: secũdũ Pe. est mortale.

De horrore futuri seculi.

SI horrorem habuit ad uitam futuram.

De aliis que pertinẽt ad uicium luxurie circa coniugatos uide infra in capitulo de coniugatis.

¶ Seqtur tertia ps huius opusculi de ĩterrogatõibus certis ad certas psoãs secũdũ status diuersitatis. Et primo quo ad cõiugatos. .c. .xxx.

NVnc formande sũt ĩterrogationes nõ ad oĩes sed ad quosdã secũdũ status eoꝝ. Et prĩo quo ad cõiugatos. Interrogãdi sũt ergo cõiugati ñ tñ oẽs sed de qbus uidebitur expedire. Si uidelicet ĩ aliquo gradu prohibito cõtraxerunt: quia mortale est: nisi ignorantia facti probabilis excuset. Vnde sciendũ: ẽ q̧ quedam sũt impedimenta: que impediũt matrimoniũ contrahendũ: et dirimũt iã cõtractũ. i. nullũ faciũt illud quod tamen intelligendũ est: qñ dicta impedimẽta prius fuerũt inter eos: q̃ sit cõtractũ matriõniũ Et cõtinẽtur ĩ his uersibus Error. cõdicio. uotũ. cognatio. crimẽ. Cultus disparitas. uis. ordo. ligamen. honestas. Si sis affinis: si forte coire nequibis Hec socianda uetãt cõnubia iuncta retractãt. Pro hoꝝ quolibet breuissĩa declaratione. nã de his satis inuenies ĩ sũmis. nota de singulis intellectũ. Error ĩtelligitur de persona nõ de fortuna: cũ. s. quis cõtrahit cũ berta credens cõtrahere cũ Chatherina. cũ qua ĩtẽdebat contrahere. Conditio ĩtelligitur de conditione seruili: cũ. s quis cõtrahit cũ serua credens eã esse liberã. Nam si sciẽter liber cõtraheret cũ serua: matrimoniũ teneret. Et similiter si seruus cõtrahit cũ libera credẽs eã seruã Idẽ uidetur si seruus cũ serua: licet crederet eã liberam. Votũ ĩtelligitur de solemni: cũ silicet quis fecisset professionẽ tacitã uel expressã ĩ aliqua religione approbata et postea cõtraheret. Nã talis esset etiã excoĩcatus. Cognatio est triplex silicet naturalis spiritualis et legalis. Naturalis dicitur cõsanguinitas: et habet tres lineas. s.

ascendentiũ ut pater. auus proauus. et huiusmõi. Descẽ-
dẽtiũ ut filius nepos pronepos. et cetera. Collateralium
ut fratres. sorores. patrueles. et cetera. Et habet quelibet
linea quatuor gradus cõclusiue precipue collateralis. Nã
inter ascendentes et descendẽtes uidetur esse perpetua
prohibitio. Qui ergo inter istos ẽt cõtrahit: ẽ excoĩcatus
Cognatio spiritualis habet tres gradus et cõtrahitur in
batismo: et cõfirmatione. Primus ẽ ĩter tenentes ad ba-
tismum uel cõfirmationẽ: et eum qui tenetur: et dicitur
paternitas et filiatio. Secundus est ĩter patrẽ et matrẽ
carnales illius: q tenetur et illũ tenẽtes: et dicitur cõpa-
ternitas. Tertius est ĩter filios naturales illius: qui tenet:
et illum q tenetur et dicitur fraternitas. Cognatio lega-
lis fit p adoptionẽ: et habet tres lineas uel gradus. prius
ẽ ĩter ipsum adoptantẽ et adoptatum: et filium uel filiã
eius adoptati. Secundus est ĩter uxorẽ adoptãtis et ipm̃
adoptatum: ac etiã ĩter uxorẽ adoptati et adoptantem.
Tertius est inter filios naturales et legitĩos ipĩus adop-
tantis: et ipsum adoptatum: et hoc tm̃ cum ipsi filii sĩt
adhuc ĩ potestate prĩs. Inter hos enĩ oĩs ẽ prohibitum
matriõnium. ergo si cõtractum fuerit dirimatur. Crimẽ
hoc scilicet q habet impedire et dirimere matriõnium
contractum: intelligitur tantum de duobus crimĩbus.
Primum ẽ cum mulier machinatur cum effectu ĩ mortẽ
alterius uxoris: ut hẽat maritum illius in uiꝝ. et e cõtra
cum uir in mortem alterius uiri machinatur: ut habeat
uxorẽ eius. Secundum cum qs dat fidẽ alicui cõiugate

de ducẽdo eã ĩ uxorẽ post mortem mariti sui:et cum ex illa promissione seqtur adulterium. Cultus disparitas: ut.s.si fidelis cõtrahat cum iudea uel pagana pmanẽte ĩ ĩfidelitate. Si autem contraheret cum heretica:teneret matrĩonium:sed cohabitare ei nõ deberet.et hoc si eẽt periculum ei incurrendi heresi:sed peccat cum tali cõtrahens. Vis.s.cum qs p uiolentiã cogitur ad cõtrahendum et ĩtelligitur de uiolentia absoluta:et similiter de uiolentia que fit per metum: que põt cadere ĩ constantem uirum:que cõtinetur ĩ hoc uersu. Stupri atq; status uerberis atq; necis:nisi tam̃ postea de inuito efficiatur uoluntarius. Ordo intelligitur de ordine sacro.s.cum cõtrahens fuerit in subdiaconatu uel supra.et talis etiam est excoĩcatus. Greci tñ in sacris ordinibus possunt uti matrimonio iam contracto:sed contahere non possunt Ligamen.s.si sit alteri ligatus per cõiugiũ per uerba de presenti etiam nondũ cõsumatũ. Nã talis ĩ nullo casu potest alteri matrimonialiter copulari:nisi ille cũ quo contraxerat proficisceretur in aliquam religionẽ ante cõsumationẽ matrĩonii. Si aũt recederet alter cõiugũ ita q per multos annos nihil de eo audiretur:adhuc nõ liceret alteri cõtraher̃: nisi prius uerisimiliter sciret de morte ipsius. Honestas idest publice honestatis iusticia in sententia:que oritur ex sponsalibus contractis cum aliqua cũ qua postea non seqtur matrĩoniũ:nisi propter mortem uel propter aliquã causam aliam. Nã cũ nulla consanguinea illius contrahere potest usq; ad quartum

gradū īclusiue. Affinitas est proximitas que cōtrahitur inter eū qui ducit uxoré:et omnes cōsanguineos uxoris usq; ad quartum gradū. Similiter inter uxoré et omnes consanguineos eam ducentis usq; ad quartum gradum inclusiue. Et nota q̄ affinitas cōtrahitur etiā per fornicarium coitum ita quod ille qui fornicatur cum aliqua nō potest cōtrahere matrimoniū cū aliqua cōsāguinea illius usq; ad quartum gradū:nec illa mulier potest contrahere cū aliquo consanguineo secum fornicantis usq; ad eundem gradū. Impotētia exercēdi actum cōiugalē pōt proueīre uel ex naturali frigiditate:uel ex maleficio uel ex indispositione mēbri genitalis uiri uel mulieris. De his autē omnibus impedimentis habes plene in summis. Insuper nota q̄ nō oportet nec expedit interrogare omnes coniugatos singulatim de predictis impedimētis sed de illis solū de quibus possit presumi. Et precipue de īpedimētis criminis uel cognationis:uel publice honestatis:et ante omnia affinitatis. Si enim quis cognosceret consanguineā eius cū qua iam cōtraxit p uerba de pn̄ti: et grauius si iā cōsuāuit matrimoniū tale matrimoniū nō dirimitur aut diuiditur:sed amittit ille q huiusmōi facit potestatē seu ius petendi debitū:ita q̄ peterē nō pōt sine peccato mortali:tenetur tn̄ reddere exactus. Idem in muliere:que pmittit se cognosci a cōsāguineo mariti sui. Si tam̄ ante q̄ cōtraxit p uerba de pn̄ti cum aliqua: cognouit consanguineā eius:ita q̄ semen emiserit ītra claustra pudoris:nō pōt illā habere:et si iā cōsumasset

matrimoniū cū illa: nō teneret: nec ī hoc pōt dispēsari nisi per papā. Vnde ante dispensationē semper peccat mortaliter exigens et reddens debitū sciens dictū impedimentum. alter autem cōiugum nesciens excusatur ex ignorantia facti probabili. Et de his et aliis qn̄ casus occurrit: uide plenius ī summis. Insuper interrogādū ē si cōtraxit matrimonium clandestine: quia mortale ē propter prohibitionē ecclesie. Itē si habens uotū siplex continentie contraxit: mortaliter peccauit: nisi prius fuerit dispensatus a papa. Et tenetur adimplere uotum ante consumationē matrimonii. Nam ipso consumato efficitur īpotens ad uotū implendū: qa reddere tenetur exactus debitū expresse uel īterpretatiue: sed tn̄ exigere nō potest sine dispensatione: quia peccaret mortaliter. Item si contraxit cum aliqua uel mulier cum aliquo p uerba de futuro: et postmodū cū alia contraxit uel alio: etiam per uerba de futuro uel de presenti: mortaliter peccauit propter fidem fractam: nisi de cōmuni cōsēsu mutuo se absoluerit: quod fieri debet per iudiciū ecclīe: uel si aliquis predictoꝝ casuū: seu alioꝝ septē: quos hēs in summa: quibus sponsalia solui possunt: supuenerit. Item si post matrimonium cōtractum p uerba de pn̄ti contraxit cum alia. quia peccauit mortaliter: nec tenet matrimonium secundū: etiā si esset cōsumatū: et filios iā genuisset. Redire enī oportet ad primum matriōniū nisi. ille uel illa cum quo uel qua prius cōtraxit ītrasset religionem aliquā: et ibi professus esset: uel nisi papa

dispensasset in secundo. Tamen secundum Theo. ĩ hoc dispensari nõ potest. Sed quia difficile est disputare de potestate pape si sine supplicatione obtenta ẽ forsitan transiri potest. Item si contraxit matrimonium ante etatẽ legitimã: uel filios aut filias iunxit matrimonio ante legitimã etatẽ: quod prohibitum est. Etas autem legitima secundum iura ẽ. xii. ãnoꝝ ĩ femella: et. xiiii. ĩ masculo. s. ĩ cõtrahẽdo ꝑ uerba de pñti: uel ĩ cõsumãdo Itẽ si cõsumauit matrĩonium ante benedictionẽ nuptiaꝝ: quia mortale est: et contra prohibitionem ecclesie. Et hic aduertendum est. ꝙ ĩ multis locis q̃uis spõsi nõ cõsumãt matrĩonium cum spõsis ante nuptias: multas tamẽ turpitudines et corruptellas faciunt cum ipsis eas uisitando et cetera. Vnde interrogandũ de huiusmõi ẽ ubi illa reperiuntur. Item si celebrauit nuptias ĩ tẽpore prohibito ab ecclesia: quia mortale est.

Nota tpĩa prohibita ab ecclesia ad celebrandũ nuptias seu matrĩoniũ.

Tempora prohibita ab ecclesia ad matrimoniũ celebrandũ sunt ista. s. ab aduentu dñi usq; ad epiphaniã nõ tñ ante octauam eius. et a septuagesima usq; ad octauã pasce. et a tribus diebus letanie minoris ãte ascẽsionẽ dñi: usq; ad octauã pẽtecostes. Itẽ de actu cõiugali nota. ꝙ quãdoq; fit ubi est maifestũ mortale scilicet cũ fit extra uas debitum: uel etiã cũ fit ĩtra uas debitum: tamẽ eo modo ut nõ suscipiatur semẽ ad euitandã prolem uel generationem: uel cũ ex actibus uel

SI scienter locauit equū periculosū uel defectuosū et huiusmodi:quia ultra peccatū tenetur de damnis leso.

A fabro.

SI uēdidit ferrū pro calibe uel malū ferrū pro bono Et sic discurre ꝑ sigulas artes.

Ab histrione.

SI fecit represētationes aut iocos ī uerbis uel fc̄tis turpia continentes : uel si fecit hoc ī ecclesiis uel diuinis officiis:uel temporibus indebitis : quia peccatū est plus uel minus secūdū sub et supra.

A musico.

SI citharizauit aut fistulauit ad congregationes illicitas:uel ī ecclesia ī orgaīs pulsauit balata uel choreas uidetur mortale in pulsante:et ī hoc procurāte.

A seruitoribus uel collaboratoribus in quocunq; artificio.

SI īfideliter coopati sunt et nō bono mō ex īcuria et negligentia:uel non tantum q̃tum commode potuerunt:quia peccatum est.

A rusticis et agricolis. .c.xli.

SI nō bñ credidit saltē explicite articulos fidei et alia misteria:que coīter solemnizat ecclesia ut incarnationē.passionem et resurrectionē et

ſacramenta eccleſie et huiuſmodi. Si neſcit orationem dominicã ſcilicet pater noſter et ſymbolum apoſtolorꝫ et decẽ precepta: quia ſcire tenetur. Si nõ bene ſeruauit feſta et ieiunia eccleſie: cum tñ potuit: et ſi nõ audiuit miſſã adminus diebus feſtiuis: et ſi nõ confeſſus ẽ: neqꝫ coĩonem recepit ad minus ſemel in anno: quia ad illa tenetur: et peccauit mortaliter. Si tenuit proprios filios ad batiſmũ uel confirmationẽ: quod ẽ prohibitũ: ẽ ergo peccatũ. Si mendaciis uſus eſt periuriis et blaſphemiis uel ebrietatibus: quia ĩ omnibus mortale eſt. Si ad meretrices acceſſit: quod aliq ex ipĩs nõ credũt eẽ mortale nec tam̃ excuſat eos ignorantia. Si decimas non ſoluit ſecũdũ cõſuetudinẽ loci illius: quia peccauit et tenetur ſatiſfacere de preterito: ſi ſibi nõ remittitur uel qtetur: uel etiã ſi oblationes ſecundum conſuetudinẽ loci non dedit: niſi etiã preſbiter uel curatus ſuus ſibi eas remitteret. Si excoĩcatus non curauit abſolui ſed ingeſſit ſe diuinis: uel cõtempſit uitare excoĩcatos: qa mortale ẽ. Si nocumẽta aliis fecit per ſe uel per familiã ſuã uel ꝑ aĩalia ſua: que forſam permiſit diſcurrerẽ per ſata aliorꝫ uel intrare prata aliorꝫ ibi paſcendo: uel ſi mutauit terminos poſſeſſionũ: uel arando addidit terrã uicini agro ſuo. In his peccauit ſecundum quãtitatem damni quod fecit uel quod ĩtẽdebat facere: et tenetur ad reſtitutionẽ illius: Si dolum commiſit in agricultura: uel notabilem neglıgẽtiã ĩ dãnũ patroni: ut nõ fimãdo: uel cultiuãdo uel ſeminando: aut fructus terre colligendo tp̃e debito

propter quod perierūt:uel ager destructus aut desolatus est:uel nimis fatigando boues uel equos:ūde destruūtur et precipue cū usus est eis magis ad lucrum suum q̄ ad lucrum patroni:quia mortaliter peccauit et tenetur de damno. Si tenēs possessionem ad fictū male tractauit: uel partiarius non respōdit dominis de quātitate tota eis debita fingens se minus recollegisse:uel si animalia tenēs ad soccidā:nō respondit ex itegro de lana. caseo uel fetibus et huiusmōi. In his peccatū est mortale:uel ueniale secundū quantitatem damni : et tenetur ad satisfactionē. Si diebus festiuis laborauit precipue tēpore messis uel uīdemie sine magna necessitate:uel portauit ligna uel alia uictualia dominis suis uehendo cū eqs & plaustris et huiusmōi: quia mortale uidetur. Si uacauit uanitatibus et choreis ludis uel tabernis et huiusmodi: et qūo: et quando. De gubernatione familie secundum precepta dei et ecclesie interroga. De supstitionibus et falsis opinioībus:que solent habundare in eis. Similiter interroga diligenter secundū quod habes supra ī prima parte i.c.de primo precepto de uotis implendis uel non et de aliis generalibus pro ut uidebitur expedire.

A pueris et puellis .c.xlii.

INterrogādi sunt pueri de mēdaciis:de piuriis de uotis:que nō tamē obligant:si a parentibus irritantur:et cum fiunt ante annos pubertatis. De missa nō audita in festis . De confessione et coīone semel ī anno fienda. De irreuerētia ad parētes De rixis

qa si uerberauit clericũ: cũ fuerit doli capax ẽ excoĩcatus De furtis factis de rebus parentũ uel magistrorum suorũ seu etiã aliorum. De detractionibus et turpibus uerbis libenter auditis et dictis. De contumeliis ad ĩuicem. De ĩuidia et aliis: pro ut expedire uidebitur plus uel minus secundũ etatẽ & sensum: et precipue de uiciis carnalibus cum masculis uel femellis: uel per seipõs cõmissis: que hodie habundãt ĩ ipis propter malas societates et qñq; ex malis exemplis parentũ seu aliorum: sub quorum regimĩe sunt: sed tñ huiusmodi cum magna cautella et a longe ĩterrogẽtur ab ipĩs ne discãt: que ignorabant. Et multo magis seruandũ ẽ hoc circa puellas. De oĩbus predictis si creduntur habuisse tunc usum rõnis iudicandum est de mortali uel ueniali secundum regulas predictas.

Circa clericos in communi.

QVolibet clerico interrogari potest cum expedire uidetur: ut seqtur maxime cum psona est ignota Si uidelicet accepit aliquẽ ordinẽ per symoniã: qa per hoc peccauit mortaliter: et ẽ suspensus: et secundũ iura antiqua non potest ministrare in suscepto: uel ulterius promoueri: nisi prius per papã dispensetur: quod ẽ uerũ: si fuit conscius symonie: quia si sic potest etiã p alium dispensari secum: alias enim sẽper peccaret mortaliter nec excusat ignorantia iuris. Hec Rai. Si recepit aliquẽ ordinem licet non per symoniam tamẽ a symoniaco in ordine uel dignitate siue occulte siue manifeste: ẽ suspensus et indiget dispensatione a papa: sed dũ ignorat

factum et ipsum esse symoniacum: excusatur a peccato exequendo officia sua: sed cū certificatur: non pōt exeq sine dispēsatione. Si suscepit aliquē ordinē a symoīaco in ordine conferendo: uel cum ī beneficio similiter est suspensus. Secus tamen si symonia non est notoria: dū autem nescit ipse excusatur modo predicto: qn̄ autem certificatur: tunc indiget dispensatione pape: alias enī non posset exequi illū ordinem. Si recepit ordinem hn̄s aliquā irregularitatem: puta quia fuit homicida: mutilator. illegitimus. et huiusmōi: et hoc absq; dispēsatiōe qa peccauit mortaliter: nec potest exeq sine dispēsatōe Si recepit ordinem excoīcatus suspensus uel īterdictus qa peccauit mortaliter: et nō habet executionē. Idem si existens excoīcatus uel interdictus ut supra: et cum habens ordinē ministrat ī illo: ut puta cātādo euāgeliū cū sit diaconus et huiusmōi: q̄ diu fuerit ī aliqua predictaꝶ sententiaꝶ: quia similiter peccauit mortaliter et est irregularis. secundū Rai. nisi tamen ignorātia facti eū excusaret. Si recepit aliquē ordinē ī peccato mortali scienter qa peccauit mortaliter. Idē quotiēs exequitur officiū alicuius ordinis in mortali: ut accolitus subdiaconatus. diaconatus. et cetera: uel aliud sacramentum solēniter mīstrādo: ut batizādo. coīcādo et huiusmōi Hec Tho. Si extitit publicus cōcubinarius uel alias notorius fornicator: qa est suspensus ab executōe officioꝶ suorum precipue celebratione misse: et si exequitur sic suspensus efficitur irregularis indigens dispensatione

papali:alias enim non potest exequi. Hec Hosti. Si nõ portauit tõsurã et habitũ clericales ex leuitate uel lasci/uia:uel qua de causa:qa uidetur mortale. Idẽ si exercuit negocia secularia iungendo se mercatoribus : faciendo ut ipĩ:uel si tenuit tabernã:uel lusit ad aleas uel taxillos uel immiscuit se turpitudinibus uel enormitatibus cũ feĩs. Si cũ exequitur officiũ ordinis non utitur debitis ornamẽtis:ut subdiaconatũ faciẽdo sine manipulo:uel diaconatum sine stella:et huiusmodi : quia in quolibet hoꝝ est mortale : si scienter dimittit:nec excusat eum ignorãtia iuris. Si existẽs ĩ sacris.s.in subdiaconatu et supra dimisit horas canoĩcas:qa quotiẽs obmisit aliquã horam etiam beate uirginis ex negligentia:cum dicere potuisset:peccauit mortaliter:secus si ex obliuione:sed tunc q̃ cito recordatur debet omissa recuperare:secus ẽt si omisit ex ĩpotentia infirmitatis. Si in dicendo horas aliis exerciciis se occupauit manualibus:ut faciẽdo ali/quod opus manuale:quia non satisfecit precepto ecclĩe. Si mẽte ad alia uoluntarie uagatur ĩ legẽdo horas hoc nõ curans et sic quasi per totũ officiũ ꝑmanẽs: uidetur mortale:secus si proponit intendere:sed distrahitur: et cũ aduertit displicet ei secundum Pe. Si recepit ordinẽ sacrũ ante legitimã etatem : puta subdiaconatum ante xviii.annũ.diaconatũ ante uigesimũ annũ:et sacerdo/talem ante uigesimũ quintum annum. sufficit tamen annũ incoatũ fore:quia mortaliter peccauit:nec debet exequi officiũ illius ordinis ante legitimã etatẽ. Nõ tñ

efficitur totaliter irregularis secundũ coẽm opinionem quis grauiter peccet. Si ĩ cõfessione uel collatiõe sacramentoꝝ omisit debitam materiam uel formã uel ritũ: quia in quolibet hoꝝ est mortale: siue ex certa scientia faciat siue ignorãtia crassa: uel notabili negligẽtia. Nã inde sequitur magnũ periculum et irreuerentia magna dei et sacramentoꝝ. Hic etiã ĩterrogãdi sũt de formis si sciũt precipue batismi et eucharistie: que sũt maioris põderis: de quibus et de aliis formis habes ĩfra capitulo ultimo. Si sacerdos existens commisit aliquã symoniã puta audiendo confessiones pro pecunia habenda: alias non auditurus. batizando. coĩcando. peĩtẽtias ĩiũgendo et similia faciendo semper pro peccunia. similiter etiã uẽdendo sepulturas: quia semper symonia ẽ et mortale. Si notoriis peccatoribus dedit sacramentũ eucharistie uel alia sacramẽta nõ penitẽtibus: uel si occultis peccatoribus: quos ipẽ tũ nouit denegauit publice eucaristiã uel alia sacramenta: quia in utroque uidetur mortale. Si celebrauit missam in mortali peccato non confessus: licet tamẽ cõtritus: quia mortaliter peccauit: nisi aliqua necessitate instante: et si sacerdotis tunc copiã nõ hẽret quia tũc sufficeret cõtritio cum proposito cõfitẽdi: sed sine cõtritione celebrãs semper mortaliter peccat. Hec Tho. Si celebrauit nõ dictis matutinis quia mortale ẽ. Si dicendo missã nõ consecrauit ex hoc putans euaderẽ peccatũ mortale grauissimũ est peccatum. Si celebrauit ad bñficia et maleficia celebrãda uel fiẽda: qa mortale

est et graue. Si non dixit integre: sed dimisit aliquas notabiles ptes misse ex ignorãtia uel festinãtia precipue in canone. uel si dicit uerba: et non ĩtendit consecrare: uel si non sumpsit sacramentum. Item si non ieiunus celebrauit. Si plures missas dixit in uno die ĩ casu non cõcesso. Si nõ ĩ azimo sed ĩ fermẽtato pane cõsecrauit Si cũ hostia quasi corrupta: uel uino acetoso aut putrido celebrauit Si semp ĩ missa occupatus ẽ uanis cogitationibus: et hoc uolũtarie nihil curãs de attentione. Si nõ posuit aquã cũ uino in calicem ex ignorantia uel certa scientia quia in quolibet predictoꝝ est mortale. Si non diligenter seruauit eucharistiam sub sera: propter quod deperditur: uel a muribus deuoratur: uel si nõ renouauit ut debuit: et sic efficitur hostia consecrata putrida: uel a uermibus corrosa: et inde uermes generantur. Si non defert eucaristiam ad coĩcandũ infirmos aperte et cum lumine ac modo debito. Si euomuit eucharistiam uel ebrietate uel alia de causa. Si dedit infirmo patienti uomitum: et hoc scienter. Si stilla sanguinis ex calice cadat in terrã uel super altare. In his omnibus frequẽter est mortale: non tamen semper. Si nimis raro celebrauit precipue in magnis solemnitatibus: uidetur mortale secundum Tho. Si promisit alicui dicere missã recipiẽs elemosinã: et nõ intendit facere uel negligit: qa uidetur mortale. Si habens pollutionẽ nocturnam ex cã ubi fuit mortale. uel ubi dubitat fuisse mortale: et die sequenti ĩmediãte celebrauit: uidetur mortale secundũ Tho. uel

ſecundum Pe.de pal. quando ſic incontritus celebret. Venialiter autẽ peccat ſi ex cã ueĩali fuit facta polutio niſi tñ ſubeſſet aliqua neceſſitas. Si audiuit cõfeſſionẽ alicuius nõ habens auctoritatẽ ab aliquo: qa mortale ẽ. Si abſoluit a caſibus a quibus nõ potuit ex certa ſciẽtia ſeu ignorantia craſſa: quia mortale eſt. Si ĩtromiſit ſe de diſpenſatione uotoꝝ: uel abſolutione ab excoĩcatõe maiori abſqꝫ ſpeciali cõmiſſione et licẽtia: qa mortale ẽ. Si poſuit ſe ad audiendum confeſſiones ignorans et neſciens diſcernere inter mortale et ueniale: uel inter mortalia coĩa: quia uidetur mortale. Si abſoluit quem nouit excoĩcatum maiori excoĩcatione a peccatis: quia non potuit: eſt ergo mortale. Si abſoluit eũ qui nõ uult abſtinere a peccatis mortalibus uel non ſatiſfacere: ut debet: quia mortale eſt. Si reuelauit peccatum auditum ĩ confeſſione et maxime cognoſcenti illum ſine licẽtia illius: quia mortale ẽ. Si nimis feſtinauit ĩ audiendo nõ ſufficiẽter ĩterrogando. Si ĩ perplexis caſibus pitiores ſe nõ conſuluit. Si ĩcautus fuit in iũgendis penitentiis uidelicet ſi nimis paruas uel nimis magnas dedit. Si ĩterrogauit de his: de quibus nõ debuit: ut nomẽ ꝑſone cum qua peccauit ſine cauſa neceſſaria: uel incaute de turpibus. Si predicauit in peccato mortali exiſtens: qa totiens quotiens hoc fecit: peccauit mortaliter ſecundũ Tho. Si predicauit aduertẽter mendacia: quia mortale ẽ ſecundũ Tho. Si predicauit ſcandaloſa: unde cõcidãt ſeditiones ĩ populo. Si predicauit ĩdulgẽtias ĩdiſcretas.

Si predicauit propter pecuniã sibi promissã uel datam: quia mortale est et symonia. Si predicauit propter ianẽ gloriam ibi constituendo finem: quia mortale est. Si predicauit sine licentia supioris. Si dicit nimis curiosa allegando poetas et philosophos frequenter. Si dicit fabulosa et prouocãtia ad risum. Si ab huiusmodi se nõ abstraxit: cum potuit: sed magis se immersit: peccauit: mortaliter. Si nimis familiaris est in conuersando cum mulieribus uisitãdo eas sine cã aut necessitate: propter quod multi scandalizantur: et ipse nouit: qa posset esse mortale. Si uisitauit monasteria monialiũ sine legitĩa causa uel ex qua causa hoc fecit interroga: et secundum hoc iudica. Si cognouit carnaliter illã: quã ĩ confessione audiuit: uel batizauit: uel confirmauit: aut cõmatrẽ suã uel similẽ: quia grauissimũ scelus est: et caũs reseruatus epĩs. De aliis ihonestatibus interroga pro ut uidebitur expedire. Si uestes sacras. calices. et alia pertinentia ad cultum diuinũ nõ conseruauit mũda et decẽter aptata Item si benedictionem mense et gratiarꝫ actionem non dixit: quia dicere tenetur quadragessima quarta di. Nõ licet. Si nõ fuit modestus ĩ aspectu respiciendo frequẽter hĩc inde mulieres uel uana. que multũ scandalizãt personas similiter ĩ incessu. auditu. et huiusmõi. Si nõ obediuit mãdatis iustis prelatorꝫ suorꝫ et sentẽtiis eorꝫ qa si contẽpsit ea mortale est. De aliis peccatis sĩgulis interroga pro ut habes supra.

SI beneficiũ simplex aut curatum obtinet per symoniam: cuius ipse fuit conscius: qa nõ põt nisi per papã dispensari: q illud retineat: si aũt eo ignorante posset etiã per alium dispensari: nõ tamẽ per eũ cũ quo ẽ commissa siue tamen sciat siue ignoret symoniam cõmisisse oportet renuntiari illi beneficio si nõ secum dispensatur: quia alias furtiue teneretur. imo continue staret in mortali: postq̃ hoc sciuit: nec fructus illius bñficii habere posset: sed teneretur restituere deductis expensis in utilitatem beneficii: et hoc maxime de symonia per munus a manu. Si autem symonia est notoria suspensus est: quo ad executionem ordinum: sed dispensari potest per episcopũ: si cũ eo nõ ẽ cõmissa symonia: si est occulta est suspensus quo ad se: quia sine mortali non exeqtur: dũ tñ tenet tale bñficiũ. alias est suspensus quo ad ordines. Si recepit bñficiũ sĩplex uel curatum per preces carnales. i. pro ĩdigno porrectas: cũ esset male uite et huiusmodi: uel p obsequium tẽporale factum collatori ipĩus beneficii qa peccauit mortaliter Si beneficiũ curatum per preces suas recepit: et si alias dignus fuit uel sit: qa tales preces estimantur pro sĩplici licet porrigere preces per se: si alias est dignus tamẽ nõ tenetur renũtiare. Pro beneficio autẽ cõmisit symoniã unde et mortale. Hec Tho. forte ĩdigno tãq̃ ambitioso et presumptuoso: quia uel etiã pro beneficio ĩ generali ĩtendens ad sui sustentationem nõ ad curã: nec magis

curatum petens:q̃ aliud. Si querit uel habet beneficium non intendens clericari sed uxorari:et interin gaudere de fructibus bñficii:uidetur usurpatio rerꝫ ecclĩasticarꝫ et contra intentionem dotantium ecclesias:et iõ graue peccatum. Si nõ fuit electus a patronis uel collegio et confirmatus per superiorem ad qué spectat siue p epm̃ institutus:sed de mãdato dñi tẽporalis:uel per potẽtiã accepit:et dicitur intrusus:quia fur est et latro:nec põt aliquid disponere de tẽporalibus uel spiritualibus:ũde nec absoluere:nec sacramẽta mĩstrare põt parrochianis talis ecclesie:sed ĩ quolibet actu huiusmõi peccat mortaliter. Si renuntiauit alicui beneficio:quod habet eo pacto: quod detur consanguineo uel propter pecuniam sibi datã: quia symonia est et mortale ĩ utroqꝫ:nec põt ille retinere tale bñficiũ sic sibi collatũ. Si fecit cõmutationé sui beneficii uel ecclesie cum beneficio alterius uel ecclesia conueniendo inter se absqꝫ iudicio supiorꝫ ad quos spectat collatio bñficiorꝫ:qa symoĩa reputatur. De hoc et de aliis symoniis uide plenius ĩ sũma tertia parte ti. primo. Si recepit beneficiũ existens illegitimus absqꝫ dispensatione:quia contra iura recepit: unde hoc tenere nõ potest. Potest tñ i hoc dispensare de simplici beneficio episcopus. De curato auté uel dignitate solus papa. Si fuit electus per simoniã:quia nõ ualet electio uel si ipse eligit per symoniã aliqué uel ad episcopatũ uel canonicatum uel aliã ecclesiã:ut clerici collegiatarꝫ ecclĩarꝫ faciunt:uel si eligit alias ĩdignum ad prelaturã

ut ignorantẽ:uel publice malũ ex amicicia et huiusmoĩ qa mortale est et grauissimũ: et oĩa mala que sequũtur ex hoc ei imputantur. Si male tractauit beneficium uel ecclesiã suã:ut edificia eius ruere:uel possessiones ĩcul-tiuari et alias res eius perire permittens: quia mortalr̃ peccat:et tenetur ad satisfaciendum:si tamen cõmittit notabilem negligentiã:et sit notabile dãnũ. Si fructus beneficii nõ bene expendit uidelicet ultra sustẽtationẽ suam subueniendo cum ipĩs pauperibus. Si dilapidauit fructus beneficii sui in conuiuiis turpibus:uel dedit nõ indigentibus consanguineis suis:qa mortale est. Secus si cõsanguinei ĩdigerent:quia ita bñ faceret elemosinã ipsis dando sicut aliis pauperibus. Si plura beneficia habentia curam tenet absq; dispensatione: quia fur est et latro. Nã habẽs unũ beneficium cum cura: si recipit secundũ eo facto uacat primũ ipso iure extra de prebẽ. de multa. Et hoc postq̃ habuit possessionem pacificam secundi:uel habere potuit:et fructus eius percepit. Alias enim nõ uacaret primũ extra de preben. Sicut li. vi. Si habẽs prebendam habentẽ dignitatẽ et sine cura aĩaꝝ recipit secundam similem:uacat prima extra de prebẽ. de multa. Et in isto casu et ĩ priori tenetur ad restituti-onem fructuum:si recepit. Si habens beneficium unum uiolenter occupat secundũ:uel per se scienter ĩtruditur similiter primũ perdit et si quod ius habeat in secundo etiã perdit et uacat illud secundum:ut extra de prebẽ. Eum qui li. vi. Item non potest habere quis dignitatem

cum prebenda absq; dispensatione pape. Item quicunq; recipit dignitatē uel personatū aut officiū uel būficiū: cui cura animarꝝ est ānexa: si āte obtineat simile: cū sit priuatus primo ut dictū est: si nō dimittit illud primū absq; mora in manus ordinarii: in cuius episcopatu est: ipso iure ē priuatus etiā secundo: et ē ihabilis ad sacros ordines et ad quodcunq; aliud beneficiū per extrauagā. Io. xxii. Itē abq; dispensatione non pōt qs tenere plures ecclesias uel prebēdas: que tamen nō habent curā aīaꝝ nisi in quinq; casibus. Primus quando sunt ita tenues ecclesie: quod neutra eaꝝ sufficeret ad sustentationem. Secūdus si una depēdet ab altera. Tertius propter raritatē clericoꝝ. Quartus si ecclīa est annexa prebende uel dignitati. Quintus si unam habet ītitulatā et aliā commendatam. Sed talis commenda de parrochiali ecclesia nō potest fieri nisi illi: qui attigerit uigesimū quintum annum: et fuerit sacerdos: et tali non potest cōmitti. ff. nisi una ex euidenti necessitate uel utilitate: que tamē commendatio nō durabit nisi per sex menses: ut extra de elec. Nemo. li. vi. Si habet plures ecclīas uel prebēdas habentes curā aīaꝝ absq; dispensatione pape: fur est et latro: et continue ī mortali. nec episcopus pōt dispēsare in huiusmodi. Similiter est: si habet ꝑ dispensationem pape: sed surreptiue. puta quia petendo unum tacuit de alio: quod habebat: uel quia se dicit habere etatē: cū non haberet et huiusmodi. Idem etiā iuditium est: si ꝑ dispensationem episcopi habet plura sed simplicia: sed

ad superfluitatem:uel etiam per dispensationem pape simplicia uel curata: cum unum sibi sufficeret. Si fuit nimis facilis dispēsando ī ieiuniis ecclīe. Si elemosīas extorsit a subditis ad quas nō tenebantur. Si questores mendacia permisit dicere in ecclesia sua: et quod peius est: si pactū fecit cum eis de quota. Si secundas nuptias benedixit sciēter. Si pmisit christianas nutrices seruire in domibus iudeoꝝ. Si sortilegos et diuinatores susti- nuit in parrochia sua. Si permisit ludos uel malas con- suetudines inualescere in parrrochia sua non obuiando illis quātum potuit. Item si clerici manifestis usurariis alienigenis aut aliis non oriundis de terris ipsorum ad fenus exercēdū domos locauerīt:uel alio titulo cōcesse- rint: ipō facto sunt excoīcati: nisi sint episcopi: ut supra extra de usu. usurariorū. li. vi. Itē clerici. s. archidiaconi decani. plebaī. prepositi. cantores. et alii clerici psonatū habentes: ac etiam sacerdotes: qui audiunt ī scolis leges et physicā post duos menses: si nō dimittunt huiusmōi lectioēs: sunt excoīcati. extra ne. cle. uel mo. se. se īmis. c. super specula. De hoc uide plenius ī quarta pte sūme. titulo primo. c. Item clerici qui inducunt aliquem ad uouendum uel iurandum uel fide interposita seu alias promittēdū: ut sepulturas apud eos eligant: et iā electā non immutent: sunt excoīcati: nec possunt absolui citra sedem apostolicam: nisi in articulo mortis. extra de pe. cupiētes. Idē de rligiosis ut ifra. Si spōte participauerīt cū excoīcatis a papa. Item clericus q sciēter excoīcatos

a papa ĩ officiis eoꝝ recepit: sunt excoĩcati. et absolutio illoꝝ solũ ad papã spectat extra de sẽ. exco. Significauit. De hoc etiam uide in quarta parte summe. ti. i. Itẽ falsantes litteras pape uel falsis scienter utentes: etiam remouentes solum unam litteram de bullis pape: sunt excoĩcati: et absolutio eorum pape reseruatur. Itẽ clerici sepelientes ĩ ecclĩis uel cimiteriis excoĩcatos a iure: uel usurarios manifestos: uel noĩatim interdictos tempore interdicti in casibus nõ concessis: sunt excoĩcati. extra de sepul. c. i. ĩ cle. De hoc ẽt uide ĩ quarta parte summe. ti. i. Sepelientes etiam illos qui se occiderunt uolũtarie uel qui ĩ torneamentis mortui sunt ĩ cimiteriis peccãt mortaliter: sed nõ sunt excõmunicati.

Circa religiosos et religiosas. .c.xliii.

CIrca religiosos: si sũt ordinati: ĩterrogare potes de his de quibus supradictum est de clericis ĩ cõi: pro ut uidebitur expedire. Si uero sunt beneficiati et in ecclesiis curatis interroga de his: que hẽs ĩ capitulo precedenti: sed ultra predicta ẽt de ĩfrascriptis: que sunt eorum propria interroges et primo. Si fuit receptus ad monasterium per symoniam: quia mortale sed si fuit symonia mentalis tantũ penitẽtia aboletur: si autem pecunialis. s. quia monasterium exegit tantũ uel tantum pro ingressu illius nolens aliter eũ recipere: et ipsi uel parentes aut propinqui eius tantum dederũt uel etiã minus secũdum pactum: nisi forte monasteriũ eẽt tenue et hẽret ꝑsonas sufficiẽtes secũdũ facultates

et redditus suos: uel esset adeo tenue: q̃ esset illi necesse prouidere. Nã tunc ĩ ĩgressu illius licet petere et pacisci de temporalibus: de quibus debeat uiuere: uel dicere illi Partes fer tecum si tu uis uiuere mecum secundũ Hosti. et aliquos alios. Si autem monasteriũ est pĩgue et satis habundãs: tunc ultra peccatum sic ut prefertur cõmissũ recipiens et receptus uel recepta debent expelli de illo monasterio. ut extra de symo. Quoniã. Põt tñ episcopus in hoc dispensare. s. ut non expellantur de monasterio. Hec Rai. et Guil. Precipue talis symonia solet reperiri ĩ monialibus modernis ubiq; terrarum. Si ingressus est religioné nõ pura ĩtentione. s. seruiendi deo: sed alia causa scilicet non laborandi: uel si monialis quia non poterat nubere: uel quia parentes posuerunt ipsã ea inuita: licet enim malefecerit: potest et debet mutare ĩtentioné suã scilicet ut ibi uelit manere ad seruiendũ deo: et sic erit ĩ bono statu: quia non uidetur tutus secundũ cõsciẽtiã suã: quia magis dissipatio est q̃ dispensatio. Si recepit ecclesiã parrochialem a quocunq;: cum non attigisset uigesimum quintum annum absq; dispensatione pape super etatis defectu: quia nulla est concessio: et nullum ius ibi habet. extra de elec. licet canon. li. vi. Itẽ si ĩfra annum cõputandum a die assumpti uel assignati sibi regiminis ecclĩe nõ facit se ad sacerdotium promoueri: quia ipso iure est priuatus. extra eodẽ ti. et. c. quo supra. Istud tamen nõ extenditur ad ecclĩas collegiatas et nõ hñtes curã: nec ad assumptos ad illarum regimẽ: ut extra

de elec. statu. li. vi. Possunt tamen etiã epĩ dispensare cũ his: qui habẽt ecclesias parrochiales: ut usq; ad septimũ litterarum studio insistentes promoueri non teneãtur: nisi ad ordinem subdiaconatus: quẽ tamen nisi infra annũ suscipiãt: sunt ipso facto priuati tali bñficio. Et ĩ dicto tempore illis eccclesiis prouideatur ut extra de elec. po. cum ex eo. li. vi. Si habens quodcunq; beneficiũ simplex et quantuncunq; paruum non dixit horas canonicas oĩ die: qa peccat mortaliter: si omisit ex negligẽtia crassa etiã si non sit in sacris ordinibus constitutus. Secus si ex ĩfirmitate omisit. Item tenetur residere personaliter in residentia beneficii sui: nisi ex causa notabili et rationabili epũs dispensaret secũ ad tempus. Si canoĩcus uel alius clericus recepit quottidianas retributioẽs: que dantur interesentibus horis: cum non ĩterfuit: qa furtũ committit et tenetur ad restitutionem. Si cũ nõ posset p se curã ecclĩe exercere: non posuit ibi loco sui idoneũ qui bene officiaret: sed malũ aut ignorantẽ: q exemplo suo scãdalizabat subditos: ut qa fuit notorius fornicator uel lusor et huiusmõi: uel qui nescit debite mĩstrare sacramẽta et confessiones audire: qa peccat mortaliter quin immo omnia mala que sequuntur ei imputantur: quod si non potest inuenire idoneũ: per se exerceat: uel si non potest aliter prouidere: renuntiet beneficio. Item non licet prelatis sub pretio uel annuo censu concedere uices suas seu iurisdictionẽ: quia spirituale est. extra ne prela. ui. su. c. i. et ii. et. iii. puta ut si diceret. Concedo: ut

exerceas uices meas uel talem iurisdictionem: et totum lucrum sit tuū: sed tu dabis mihi tantum: qa illicitū ē. Sed cōmittendo uices suas pure licet cōstituere ei salarium. ii. q. ii. caritatis. Puta dicēdo dabo tibi tantū pro salario tuo et totum lucrum sit meū. Hec Inno. Item si alienauit res ecclesiasticas ut mobilia sicut sunt calices ornamēta et huiusmodi: aut īmobilia: ut sūt possessioēs agri et huiusmōi et hoc sine necessitate uel maiori utilitate: uel non seruata forma iuris et huiusmōi: qa grauiter peccauit. Itē de exercicio cure aīaꝝ īterroges. quō scilicet se habuit ī audientia confessionū. in collatione alioꝝ sacramentoꝝ. ī uisitatione īfirmoꝝ et huiusmōi et precipue si unquam defecerunt eis sacramenta cum expediebat. Quomodo etiā se habuerunt ī admonitiōe subditoꝝ. ī correctiōe uicioꝝ precipue quo ad notorios peccatores: ut concubinarios, habentes inimicicias: uel usurarios et huiusmōi. nō confitētes annuatim et non coicātes: si admonuit q̄tum potuit significādo epō: cum per se eos ad hoc nō potuit īducere et huiusmōi. Nam

indulgentias p se dedit cum non possit uel plures dixit habere ĩ ecclesia sua q̃ haberet:et hoc ob questum:quia mortale ẽ. Si reliqas nouas exhibuit populo uenerãdas nõ ab ecclĩa approbatas. Si nimis fuit facilis ad dispẽ/sandũ in mortali. Sed si intrauit monasteriũ dissolutũ nõ uiuentiũ regulariter: querat sibi mutare locum cum dispensatiõe:si ea ĩdiget:si autẽ nõ potest illud facere: maneat:et non sequatur turbã.i.alios non obseruantes regulã:et seruet ipse uel ipã regulã suã secundũ ordinẽ suũ. Si tamen induci potest: ꝙ mutet locũ:melius ẽ pro eo uel ea. Si ingrediens monasteriũ:tacuit impedimẽta que habuit et hoc scienter.puta erat seruus:uel habebat occultã ĩfirmitatẽ:aut fuit alterius religioĩs professus: aut coniugatus:aut debitor in multis et huiusmõi:quia peccauit mortaliter precipue si sciebat talem non posse recipi:uel interrogatus de his mendacium dixit. Et põt et debet de monasterio expelli:si aliter prouideri non potest. Si habebat uotum artioris religionis:qa querere debet prius dispensationẽ:si intrare uult aliam minus strictam. Dum tamen fuerit obseruãtia ĩ illa:uel potest ire ad aliam equalem uel maiorem sine dispensatione pape: De mẽdicanti tñ ordine uno ad alium mendicãtẽ uel de mendicante ad monachalem nõ põt sine dispen/satione pape:nisi solũ ad carthusiã. Si ĩduxit aliquem ad religionem:p symoniã:uel p fraudes.puta asserendo ibi bene seruari omnia:quod tamen nõ fit:uel dicendo se ad nihil uel modicũ obligari:reticendo austeritatem

religioĩs:quam alter non intendit seruare et huiusmõi: quia mortaliter peccat. Illos etiam qui uolentes ĩgredi ad locum religiosoꝝ bene uiuẽtium auertunt et trahũt eos ad se:ut aquã alterius ad suum molendinum. Infamantes alios et crimina eis imponentes.ac occupatioẽs illoꝝ ĩutiles asserentes suas bonas: et in tertium celum se extollentes:ut sic talẽ attrahant ad monasteriũ eorũ: certũ ẽ non euadere dãnationẽ eternã:nisi acriter peniteruerint.qa contra caritatẽ.contra iustitiam et cõtra sacrã scripturã faciũt. Quo ad uotum pauptatis.

SI ĩ religiõe existens seruauit uotum paupertatis nihil proprium retinens uel retinere deliberans: qa si habuit propriũ quantuncunq; paruum ẽ:peccauit mortaliter:et totiens quotiẽs habere proponit. Dicitur autẽ proprium quod celatur superiori suo: ut si hẽat et teneat peccuniam uel uestẽ nesciente prelato suo: uel si sciat tamẽ contra uoluntatẽ et licentiã ipsius:uel si de licẽtia et uoluntate eius: nõ tñ paratus est sibi reddere et tradere ad petitionẽ eius:sed recusat aut recusaret si posset de facto.Et multo peius si nõ solũ mobilia: sed etiã ĩmobilia: ut redditus et possessiones retineat sicut propria dans et uendens ac donans ac dissipans et disperdens ad placitũ suũ.Nec prelatus potest dare licẽtiã sic retinendi: nec papa in proprio dispensare. extra de sta.mo.Cũ ad monasterium.Si dedit de boĩs moãsterii siue conuentus sine licentia superioris sui habita uel presumpta.Idem si aliquid ẽcepit uel tenet eodem mõ

quia mortale est et proprietas. Si reperiens se ĩ loco ubi nõ uiuitur ĩ cõi: propter quod oportet sibi prouidere de necessariis: habet aliqua uestiméta. peccuniam et huiusmodi cum bõa licentia et beneplacito prelati: aduertat diligenter primo quidem ꝙ per eum nõ stet: qn omnia uellet ponerẽ ĩ cõi: si alii uellent: et ad hoc operetur q̃tum poterit. Secundo si hoc nõ potest: semper sit paratus oĩa sĩpliciter ponere & dimittere ĩ manibus prelati. Tertio ut de huiusmõi cõcessis nil det sine licentia superioris generali uel speciali etiam ĩ elemosinas nisi ĩ extrema necessitate. Quarto ut non thesaurizet: nec sup̃flua teneat: nec deliciosa querat: nec multum in querendo sollicitetur: nec habeat inordinatum appetitum seu affectum in hoc. Et sic poterit transire: si tñ in aliis bene se habeat. secus autem si sic agendo nõ religiose sed laicaliter uiueret. Sed et cum predictis etiã si posset locum inuenirẽ. ubi in communi uiueretur tutius et melius esset se illuc conferre.

Quo ad uotum castitatis.

SI seruauit uotum castitatis non solum ab omni corporali opere et cõtactu uenereo se abstinendo sed etiam ab omni locutiõe turpi et amatoria et ab omni cogitatione immunda. deliberata et delectatione morosa: quia in quolibet horum est mortale: ut supra dictum est in. c. de sexto precepto et de nono: et esset sacrilegium: quod grauius esset. Et qa ad ista deuenitur per conuersationem et familiaritatem: iõ requirendum Si cum fuerit monialis: habuit domesticitatem cum

aliquo : uel si fuerit monachus cū aliqua:et si reperitur hoc eē extra cām necessitatis:prohibēdū ē ipis:qa alias nō essent absoluendi.quia impossibile quasi est talē nō incidere in ruinā.ut di.xxii.Hospitiū.et di.octuagesīa prima per totū.Scādala etiā multa et oblocutiones ex hoc sequuntur in populo et huiusmodi : et ideo omnino prohibendus ē huiusmodi accessus consanguineorum tñ ratus erit accessus. Quo ad uotum obedientie.

SI fecit cōtra uotum obedientie:qa semp mortale est.Et nota quod non solū qñ aliquid agit : ꝙ est contra regulam suā:uel quando transgreditur regulam uel constitutiones suas:sed etiam quando facit contra precepta contenta ī regula.Vel cōstitutiones superiorū suoꝝ:uel qñ trāsgreditur in aliquo ex contēptu q̄tūcūq; etiam paruo.Quando ergo prelatus uel prelata īiungit aliquid precipiendo sub tali modo loquendi uidelicet precipio uel mando tibi in uirtute obedientie uel spūs sancti:ut facias hoc:uel omittas illud:uel sub pēa excomunicationis et huiusmōi.Illud dicitur preceptū:cuius transgressio semper est mortale.Idem est quandocunq; prelatus aliqd subdito preciperet nō tñ sub his uerbis: declararet sibi tamen ꝙ intenderet illū obligari huiusmōi precepto et sub peccato mortali teneretur subditus nisi preciperet sibi aliquid illicitū : uel quod eēt cōtra regulā et constitutiones. Similiter quando ī regula uel constitutione est aliquid preceptorie mandatū: uel sub pena excōīcationis:uel sub pena carceris:uel sub pena

grauioris culpe uel simili locutiōe:cōmuniter censetur obligari ad hoc sub mortali. Alias autē faciēdo contra cerimonias:ut frangendo silentiū: tarde ueniendo ad chorum et huiusmōi:ueniale ē: nisi faceret ī cōtemptū quia tunc mortale esset. Et iō caue ne assuescas alicui trāsgressioni: qa cōsuetudo q̄uis ipsa nō sit cōtemptus tñ conteptus īductiua ē. Quo ad diuinū officiū

SI non dixit horas canonicas aut officium beate uirgīs aut defūctoꝝ. Nā religiosus ēt si nō hēat ordinē sacrū:tenetur ex precepto ad officium precipue tamen si est professus. Vnde omittendo aliquam horā peccat mortaliter. Si tamen omittit ex negligētia. Nō autem tenetur ex precepto ad istud uel illud:quāuis nō debeat ēt ad placitum suum mutare officium:sed debet dicere secundū consuetudinē ordinis sui. Itē si tardauit ad dicendum:uel si nō cum aliis in ecclīa fuit. Si somnolēter uel ibi dormiēdo et recupet illud ī quo dormiuit:uel aliud dicat loco eius. Si autem pro maiori parte dormiuit:totum iteretur. uel si ibi īcompositus fuit: et oculis uagis:si risit uel ridere fecit aliquē:uel aliā leuitatem operatus est: uel si locutus est sine necessitate:si mente distractus precipue quando aduertere debuit: si male legit uel cantauit:uel non inclinauit:cū debebat ex negligentia. In quolibet hoꝝ. et si est ueniale:coīter tamen peccatum est. Si elegit prelatum per symoniam uel etiā si non symoniace tamen scienter īdignū: si nō illum quem iudicauit meliorem ad illud officium: sed

aliū ratione amicicie: uel alia ītentione mūdana elegit quia mortale est. Si accusauit calumniose prelatum uel socium de aliquo criminali: uel testificatus est contra aliquē iniuste: uel alias īfamauit prelatum uel subditū dicendo criminalia de eo etiā si essent uera: cū diceret intentione infamandi: peccaret mortaliter. Si secreta sui ordinis reuelauit sine causa iusta et rationabili. Et quō quis teneatur ad restitutionē fame: habes supra in prima pte. Si ī uisitatiōe prelatoꝝ nō reuelauit dicēda que. s. sunt contra honestatem religionis de prelatis et de sociis. Et precipue quando sic coīter seruatur: quod fit preceptū a uisitatore: ut fratres dicāt: que sūt dicēda et que indigent correctione: qa tūc omitterē aduertētet ea que dicenda sūt: est mortale. Debet tñ istud ītelligi seruato ordīe fraterne correctiōis. Vñ omnino occulta: a quibus potest presumi emēdatio: dici nō debeat. Vbi autē nō speratur emendatio: sed presumitur recidiuatio uel aliud magnū scandalū: dici debet: nō tñ accusando si probari sufficiēter nō potest: quia tunc grauiter peccaret. Sed simpliciter denūtiando prelato: ut patri: si tñ speratur: quod prouidebitur. Si fecit uel coopatus est aliquā conspirationem contra prelatos uel inuenit: aut sectatus est partialitates ī monasterio aut cōuenta aut sectas et diuisiōes: quia mortale ē et crimē mūdanoꝝ puersoꝝ immo demonioꝝ potius q̄ religiosoꝝ. Item secundū Rai. interrogandi sunt de duodecī abusioibus claustri: que secundū Hug. iste sunt. Prelatus negligens

discipulus īobediens. Iuuenis ociosus. Senex obstinatus Monachus curialis. Religiosus causidicus. hītus preciosus. Cibus exquisitus. Rumor ī claustro. Lis ī capitulo Dissolutio ī choro. Irreuerētia circa altaria. In his qn̄q; est mortale et qn̄q; ueīale secundū q̄titatē et qualitatē defectus et intentionē. Magna abusio etiā ē religiosū iurare in cōi sermone etiam si ueritatem dicat: quanto magis maledicere et blasphemare: etiam si ex leuitate. Itē interrogandum etiā precipue est de cerimonialibus p̄cipalibus ut de esu carniū extra īfirmitatē. De lineis nō utendis ad carnē. De lectis non plumeis. De ieiuniis regule et constitutionibus. De obseruatione silentii in certis locis et horis: ad que omnia obligantur monachi et monache precipue ordīs Benedicti. extra de sta. mo. Cum ad monasterium. Et etiam plures religiosi aliorꝝ ordinū ex cōstitutionibus suis. Et licet prelatus possit in his dispensare: quod potest secundū Ber. quādo fit cā rationabili et urgēte necessitate. alias enī peccatū eēt dispēsāti et dispēsato: plus aut minus secūdū trāsgressiones. Si obediēdo male se hūit: uidelicet qa obediuit ī malo in dicendo mendaciū: uel ex negligētia dimisit cōe mandatum: uel tardus fuit ad obediendum: uel nō affectuose sed querulose et dissolute non cū maturitate obediuit. Si irreuerens erga maiores fuit egre sustinēdo reprehensiones et cum īdignatione: coīter est peccatum ueīale: nisi excessus magnus fuit.

De exercicio.

SI uacauit ocio: quod est sentina omniū uiciorꝝ et

quantū. Si ĩutiliter tempus expendit ĩ faciendo ea: que sunt nullius utilitatis. Si fecit exercicia mundanoꝝ: ut faciendo bursas. uestes opere polimito more secularīū: ut rechamationes. uel linea reticulata et huiusmodi: uel cōfectioēs multū preciosas uel alia gloriosa: qa magnū peccatum est et abusio et occasio multoꝝ maloꝝ: et iō prohibendū est hoc precipue monialibus modernis: que ut frequēter ĩ hoc offēdunt. De cōuersatiōe cū aliis.

SI nimis fuit leuis uel inducens alios ad leuitatem et risum uerbis uel gestibus uel solaciis: que licet aliqñ sine peccato fieri possūt ad recreationē uel subleuandū se uel aliū ab accidia: raro tñ huiusmodi decent religiosos: et coīter est peccatū ueniale. Si murmurauit circa uictū et uestitū. Si impatiēter tulit mores graues alioꝝ. Si se grauē aliis reddidit. Si singularitatē quesiuit ĩ cibo uestitu. dormitu et aliis: unde frequēter oritur in ipso sꝑbia: et in aliis murmuratio et indignatio. Si fratrē delinquentē fraterne nō admonuit: uel defectus alioꝝ non significat prelato ad remediandum seruato fr̄ne correctiōis ordīe. In quolibet hoꝝ peccatū est coīter ueniale. De executione officii sibi cōmissi.

SI murmurauit contra sibi cōmittentē officiū aliqꝺ tanq̄ indiscretum. Si impatienter se habuit dure loquēdo cū qbus se hūit ĩtromitteř. Si nō diligēter tractauit res moāsterii. Si nimis tenax uel nimis prodigus fuit in dando uel acceptator ꝑsonaꝝ sine cā rōnabili magis dans uni q̄ alteri de rebus coībus. Si dedit qbus

non potuit: quia nõ habuit licentiã. Si permisit res pire ex negligẽtia: uel nimis sollicitus fuit propter hoc parꝝ uacando sibi propter multiplicationem temporalium: quod uicium hodie multum regnat. De studio.

SI nõ fuit diligens ad discendũ ea: ad que tenetur secundũ regulã et constitutiones: quia peccat: et trãsgrediens ex ignorantia nõ excusatur. Si sacerdos ẽ debet querere et scire que debita sunt ad celebrandum et ministrandũ. Si confessor est: que pertinent ad illud officiũ: et sic de aliis. Et si ĩ his est negligens precipue cũ potest: grauiter peccat. Debet etiã frequenter legere doctores exponẽtes scripturam et alios libros deuotos & utiles: unde instruatur et confortetur ad bonum. Non enim leget curiosa et ĩutilia: ut doctrinas gentiliũ uel fictiones poetaꝝ et huiusmodi: que retrahunt a magis necessariis: quia peccatũ est curiositatis. Itẽ q uocantur ad irrigendas moniales in electionibus et aliis nisi ab his per que possit inter eas oriri discordia se abstineant sunt excoĩcati. De oratione.

SI nõ orauit ultra diuinum officiũ priuatĩ pro se et pro aliis cõ sãguineis: et bñfactoribus: et precipue sibi recommendatis uiuis et defunctis sollicite ut debuit. Si nõ frequentauit confessionem et cõmunionẽ secundũ morẽ regule sue. Itẽ moãchis nigris preceptum est: ꝙ hoc faciant semel in mense. extra de sta. mo. ne. ĩ agro. ĩ cle. Si nõ uacauit meditatiõi: que p maxĩe deuotionẽ ĩducit. Si fuit tepidus ĩ dilectione dei et proximi

nõ ardẽter affectãs honorẽ dei et salutẽ aīaꝝ: ut decet. Si ĩgratus fuit ad recognoscẽdũ et recogitãdũ bñficia dei: et recompensandum deuote ei seruiendo. Si nõ preparauit se ad diuina: ut debuit. Hec sunt in quibus quottidie offẽditur: et ex hoc impeditur profectus.

Quo ad consanguineos.

SI nimis carnaliter dilexit consanguineos nimis affectans eoꝝ prosperitatem: uel gaudens de ea: aut si nimiũ cõtristatur de eoꝝ aduersitate: uel si nimis eos uisitauit: uel querit et gaudet nimiũ uisitari ab eis. Si de secularibus cũ eis loquitur: que non expediunt: uel etiã cũ aliis de guerris et factis principum secularium: et frequẽter huiusmõi ĩterrogat: uel si libẽter aduertit ad hec: uel si pro consanguineis suis procurat beneficia ecclesiastica uel tẽporalia et precipue ad hoc nõ aptis: quia posset esse mortale. De aliis uiciis comuĩbus. ut ĩra inuidia. superbia et huiusmodi uide supra in prima et secũda parte.

De his que pertinẽt ad regulã suã.

ULtra premissa ipẽ sibi prouideat. si uidelicet peñs uel penitẽtias sibi taxatas uel iniunctas a regula et cõstitutionibus uel prelatis nõ fecit ex negligẽtia qa peccauit. Si autem nullo modo esset paratus facere: que prelatus preciperet: uel in regula aut constitutione sibi mandata essent: mortaliter peccaret. Si autẽ nõ ĩtẽdit proficere in uita spirituali: attamen seruat seruanda. licet inuitus faciat male contentus. quod est ĩ religione hyppocrita ẽ et ĩ statu dãnationis.

Religiosi qui inducunt aliquē ad uouendum: uel fide interposita seu alias promittendum: ut sepulturas apud suas ecclīas eligāt: uel electas nō mutēt: excoīcati sunt excoīcatione papali. Religiosi q clericis uel laicis sacramentū eucharistie uel ūctionis extreme ministrare uel matrimoniū solemnizare absq; licētia sacerdotis parrochialis speciali: uel aliquē excommunicatum a canone preterq̄ ī casibus a iure expressis: uel per priuilegiū concessis: uel a sententiis per statuta synodalia uel prouītialia promulgatis: uel queq̄ a pena et culpa absoluere presumpserint: sunt excoīcati excoīcatione papali. Religiosi professi: qui uadunt ad studia litteraꝝ quecunq; nisi habuerint licentiam a prelatis cum consilio maioris partis conuentus: sunt excoīcati. extra ne.cle.uel mo.se.se ne immis.ut periculosa.li.vi. Religiosi qui uadunt in scolas ad audiendum leges uel physicam post duos menses: si nō dimittunt: sunt excomūicati. Religiosi qui apostatant: sunt excommunicati Et dicuntur apostatare: quando dimissa religione et habitu non intendunt reuerti. Religiosi qui temere habitū sue religionis dimittunt: q̄uis nō sit apostate: ex hoc sunt excoīcati: ut in predicto capitulo. ut piculosa. li.vi. Religiosi etiā cuiuscunq; ordinis cum uiderīt uel sciuerint cathedralē uel matricem ecclesiā loci seruare īterdictum quodcunq; positum auctoritate sedis aplice uel ordinarioꝝ: debent et ipī obseruare non obstātibus

quibuſcunq; appellationibus ãtea etiã ad eandẽ ſedem uel aliã:aut etiã aliis interiectionibus et obiectionibus alioqn ſũt excoĩcati.extra de ſen.exco. Ex frequẽtibus in cle.Religioſi qui aliqua dicunt:ut audiẽtes a deciaꝝ eccleſiis debitaꝝ ſolutione retrahant ĩ ſermonibus ſuis uel alibi:ſunt excoĩcati.extra de pe. Cupieñ.ĩ cle.Religioſi qui ſciẽter poſtpoſuerunt cõfitentibus ſibi facere conſcientiã de ſoluendis decimis:ſunt ſuſpenſi ab offõ cõfeſſionis tam diu:donec confeſſis eiſdem ſi cõmode poterunt:faciant conſcientiã:quod ſi in dicta ſuſpẽſiõe non purgata conſcientia confiteantur : ſunt excoĩcati. extra de penitẽtiis.Cupiẽtes ĩ cle. Monachi et canoĩci regulares nõ habẽtes aliquã adminiſtrationẽ ſi cõferũt ſe ad curias prĩcipum ſine licentia prelatorum ſuorum ut inferant damnum prelatis ſuis uel monaſteriis:ſunt excoĩcati.ut ĩ cle.ne ĩ agro de ſta.mo.et ca.re.Religioſi mendicantes qui accipiũt noua loca ad habitandũ uel ãtiqua eoꝝ loca alienãt uel ꝑmutãt abſq; licentia pape ſunt excommunicati ut extra de pe. Cupientes in cle. Qui intrant moãſteria monialium ordinis predicatoꝝ ſiue fratres ipſi ſiue alii quicunq; mares niſi in caſibus cõceſſis in conſtitutionibus eaꝝ:ſunt excommunicati: nec poſſunt abſolui niſi a papa: uel a magiſtro ordinis uel aliquo alio:qui ſuper hoc habeat auctoritatẽ ſpeãlẽ et qui uel que hoc admittunt.etiam uidentur excõmunicati uel excommunicate:quia participant in crimine Sĩliter q̃ ingrediuntur monaſteria monialium ordinis

minoꝝ in casu non concesso: sunt excoīcati excoīcatōe papali per extrauagañ. Qui uero ingrediuntur alia monasteria monialiū nō sunt ipso facto excoīcati de iure sed excoīcandi. In multis tñ locis propter cōstitutionē synodalē ēt sunt excoīcati. De his igitur etiā quere. Et de his ēt excoīcatis plene hēs ī quarta pte sūme. ti. i.

Circa prelatos ī communi. .c.xlvi.

